

Caspar March Jakob Kornmesser

Disputatio Inauguralis De Affectione Hypochondriaca

Rostochi[i]: Kilius, 1665

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730121968>

Druck Freier  Zugang



R N. med. 1665.

Gasper March, Prae-

Jacob Kommissar, Resp.



DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
AFFECTIONE
HYPOCHON-
DRIACA,

QUAM

Divina adspirante gratiâ
Ex Decreto & Autoritate Ampliss: Facultatis Medicæ
in *alma Rostochiensis Academia*
P R Æ S I D E

VIRO Amplissimo, Excellentiss. & Experientissimo,

DN. CASPARE Warchen/

Medicinæ Doctore, ejusdemq; & Mathemat. super.

Prof. publ. & p. t. Facultatis Medicæ

Decano spectabili,

Dn. Mecænate, Patrono ac Præceptore intimè

adamato, semperq; plurimùm colendo,

Pro LICENTIA

Summos in Medicina rite consequendi honores,

Publico decentiq; Eruditorum examini sistit

JACOBUS Kornmesser/

Coloniensis Marchiacus,

Ad d. 18. April. horis ante- & post-meridianis

in Auditorio Maiori.

ROSTOCHL, Typis JOH KILII, Acad. Typogr. cl. l. c. LXV.

36
1665

LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF
ROSTOCK
PHYSICAL MATHS

Divisio in tres partes
I. De generis et speciei differentia

De generis et speciei differentia
I. De generis et speciei differentia

De generis et speciei differentia
I. De generis et speciei differentia

De generis et speciei differentia
I. De generis et speciei differentia

De generis et speciei differentia
I. De generis et speciei differentia

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

A *Causarum morbosicarum cognitione dependere medendi maxima ex parte successus, vix cuiquam dubium est. (a) Sed quoniam has è Democriteo protrahet puteo? Nemo certe hinc videri vult & ἀσπονδα ἔχειν, cum tamen à Scopio plurimos aberrare necessum sit. Ita scribitur, ita pugnatur, ita res geritur, ut cui parti te addicas, vix interno scas. Ego pro ratione instituti de istis quædam ἐν κοινῷ φησὶν ἀνεχεσθαι, ἵνα ἴδω & delibabo.* Inter principes causas à multis refertur illa sublunarium à superioribus dependentia, cum motus quicunque inferiorum superiorum subsint latioribus. At verò hæc Naturæ scientia Patribus antiquis nota magis fuit, quam nobis, utpote qui intellexere signa Sigillorum Naturæ (uti cum Rabbi Hamai loqui libuit Kircherus (b) h. e. signaturas à DEO singulis suis operibus impressas. Quarum occultam correspondentiam cum stellis quicunque nôrit, eum mira in secretiore Medicina patrare posse post Kircherum etiam Schottus asseruit; sed perisse paulatim hanc scientiæ perfectionem serid conquiritur (c). Hinc Astronomi Medici omnes ferè ad calculum astronomicum morbos vocant, & Planetarum tum inter se, tum cum cæteris stellis aspectibus variis, hinc provenientibus influentiis adscribunt. Legere de his plurà licet apud Hippocratem, (d) Aetium, (e) Æginetam, (f) Quercetanum Rediv. (g) Kircherum, (h) Placidum de Titis s. Didacum Prictum, (i) & alios. De Geniis Planetarum & certorum morborum quæ apud Cabalistas dicuntur, uti allegat Kircherus, (k) & cui multa Kircherus debet Fluddius, (l) nos extra Medicinæ Scopum constituta esse arbitramur. Ad Medicorum Sectas præcipuas, Empiricam, Rationalem & Dogmaticam si abeamus, quanta de causis Sententiarum divortia, quæ plenius ex Plinio, Heurnio, & Conringio de Herm. M. constabunt. Empirica, ab Junone in Ægypto incepta evidentes, ut necessarias tantum causas, & curationem per ἀναλογισμὸν amplectebatur, de quo Strabo l. 15. Polyb. l. 1. Pausanias, Plinius, Varro, Livius l. 45. mentionem faciunt. Internas verò causas Secta Dogmatica in Græciæ Scholis illustr. Cnidia, Rhodia & Coa, citante Heurnio de Barb. Phil. p. 66. rimari cepit, & ut aliunde liquet, per anatomen, & inde fluentes rationes. Quæ cum in humorum vitio omnes morborum causas poneret, per contemptum Humoristica est appellata. Methodica laxum tantum & strictum in curatione attendit, quæ prolixè refutat a legitur apud Galenum, cui qualitatatum intemperies, & humorum mixtiones τὸ πάγι in causis sunt, cum tamen (notante Ko-

- (a) Ex Hipp. l. 1. de morb. l. de nat. hum. Gal. l. de comp. M. s. l. 3. c. 1. s. 8. Avicenn. l. 4. Fen 1. Tr. 2. c. 7. (b) Tom. 2. Oedip. Class. 4. c. 10. §. 3. (c) Techn. curios. l. 12. c. 8. (d) Epid. l. 1. S. 1. c. 2. 3. l. 2. S. 1. l. 3. S. 3. (e) Tetrab. 2. Serm. 2. c. 94. (f) l. 2. c. 35. (g) Tom. 1. p. 76. (h) art. magn. it. Prod. M. subtr. it. d. L & U. l. 1. part. 1. c. 15. (i) Physiomach. p. 113. & c. (k) loc. c. Oed. (l) de morb. myll. l. 4. c. 6. 7. & c.

te Kozaki præf. l. de Sale) intemperies non principium morbi, sed ipse morbus sit, multiq; dentur morbi, qui humores pro causis non agnoscunt. Nec minus singuli ferè Sectarum assertores inter se disident. Herophilus, quem Gal. hac in parte secutus, causas morborum statuit in humido. Hippocrates in statu l. Spiritu ὀρεῖν, cuius tanquam causæ eff. naturam & diversitates ingeniosè descripsit P. J. Faber in Phil. Univ. l. 2. & post illum Walexus M. M. br. p. 113. ad 132. quam sent. publ. lectionibus confirmatum ivit Exc. D Wurdigius. Alii cum Erasistrato in Sang. arterioso. Atclepiades in atomis corp. poros occludentibus. Alcmeon in corporal. potentiæ exuberantia, vel inopia. Diocles in inæqualitate elementorum corporal. aerisq; halitu. Strato in nutrimenti exuberantia, cruditateq; & ejus corruptione. De quibus Celsus in præf. Alii semper refrigerationem accusant, contra quos disput. J. Primeros. de Err. l. 2. c. 15. Post aliquot secula Chimica Doctrina, Paracelso non autore (ut Cl. Rolink art. Chim. p. 8. existimat) sed instauratore demonstrativa 3 istorum principior. Salis, Sulphuris, & multos in assensum traxit viros præclaros. Contra quæ tamen princip. nuperè Robert Boyle Anglus in Chim. Scept. multis argumentis disputavit. Clariss. Willis (viam uti videtur, sternente. P. J. Fabro l. un. Phil) plura per Chimiæ invenit in Corp. principia, Sal, Sulphur, Spiritus & ∇, quæ per modum fermentationis omnes in Corp. motus & morbos generent, quam sent. (tamen si impugnaverit Kergerus Tr. de Ferm.) in medit. suis curativis amplius se illustraturam promisit. Ad stipulatur huic Cl. Sylvius (quem perstringere tamen audeat Deulingius) ad idem Fermentat. fundamentum, ex aliis quidem princ. Sale, Oleo, Δ, ∇ causas morborum demonstraturus. Et laudanda sanè Doctiss. Virorum industria est, qui è re ipsa maluerunt petere principia, quam ex crebrinis aliorum commentis. Laudari quoque meretur Kozaki experientia, ex Salis ressol: & coagulationibus vel noxiis vel salutaribus morborum vel sanit. principia explicantiis. Nec rejiciendum facillè illud à Pisonè & Schenkio descriptum serum. Apage autem hinc entia illa Paracelsica, Iliastrum, Cagastrum, & c. mera rationis entia. Majoris aliquanto momenti est Hauptmanni observata viva mortis imago l. verminans in omni morbo putredo, solius tantùm microscopii ope videnda, de qua testatur quoque πλυμπερῆσαι & Kircherus l. de Pest. & in præf. ad Edit. Lips. D. Langius, nec non Borellus in Obs. microsc. Accedit hic Helmontii nova quasi quædam Secta, quæ autoris sui acidum ventriculi, quod malè dispositum Archeum ejusdem cum Lienis Archeo Duumviratum facientem irritare solet, ut morborum idæ passim spargantur, tenaciter propagnat. Præterea quas Cartesiana Philosophia, imprimis in nupero l. d. hom. circa quosvis in Corp. motus adduxerit demonstrationes (cui præter alios Hogelande in Oec. Corp. hum. & Regius in fund. Physiol. ad stipulantur) non est obscurum. Non multum ab hac abluunt anatomici nonnulli, qui in morbis pene omnibus, aut certè diuturnis, conformationis aliquod vitium subesse vel ex αὐτῶν Vice probant. Quod sanè exercitium, quo ægritudinum causæ veluti ocularâ fide cognoscuntur, uti ad artis perfectionem multum confert, ita vel ex mollitie vel vana religione toties negligi dolendum est.

est. Omnium tamen optime causas morborum prosequi videtur Schola Dogmatico-Spæyrica quæ omnia censorio veluti oculo perlustrans, incongrua à probabilioribus, inepta abutilibus sequestrat, & hæc in usum convertit. Cui etiam præprimis insistere nunc in descriptione affectus nostri placet, inq; tanta causarum varietate ea potissimum seligere, quæ proximè ad morbum ipsum accedere & curationem ejus feliciter dirigere videntur. Cedant ea omnia in DEI gloriam, veritatis lucem, & salutem proximi!

I. N. J.

Thesis I.

Aldebo hæc primum ὀνυσσαστὺλῶν ex autoritate Galeni, 2. d. diff. pulf. c. 4. p. 204. & doctiss. ejus interpretis C. Hoffmanni Inst. p. 3. c. 2. contra auctoritatem Scribonii in Idea Medicinæ (nimium sanè constricta) aliorumq; non ignoti nominis, qui nominum explicationes, à Medicina excludi debere contendunt. Sortitur autem Affectio Hypochondriaca nomen à Regione s. loco ubi ut plurimum hospitatur, ἰσθμὸς τῶν χόνδρων: inde namqve Ἐπιμοδὸς γῆρας (notante Jul. Pollice in Onomast. l. 2. c. 4. & Foës. in Oecon. Hipp.) derivant ἰσθμὸς χόνδρων, Latinis subcartilagineum, ὅτι ἰσθμὸς τῶν χόνδρων sc. Ἐπιμοδὸς Galeno Mucronatæ; Cl. Sennert: vertit, quod cartilaginibus thoracum costarum subjacer. Aliis quidem ἰσθμὸς χόνδρων idem quod Φρένες (à Φρέων) Aëtio & Celso Præcordia, quæ mentis sedes antiquitus æstimata; sed regerit Nellanus Glacanus l. 2. de Cris. Sect. 5. pag. 420. per Præcordium apud veteres strictè denotari Diaphragma, non Hypochondrium, quod polysemum præterea deprehenditur. Hippocrates quam diversimode acceperit adduxit Laurent. l. 6. anat. c. 2. modo pro abdomine, modo pro partibus in intimo Hypochondrio contentis, assentiente etiam Galeno, qui addit, absolutè usurpatum ἰσθμὸς χόνδρων, κατ' ἐξοχὴν dextrum significare 3. Epid. Sect. 2. hist. 2. Uti ex hoc loco idem probat van der Linden in Aristipp. Iliaco: §. 84. Prout verò h. l. affectus inde denominatur, intelligi per id debet supra. & quædantenus infra-umbilicalis Regio cum utrinque partibus lateralibus tum internis, tum externis: ad ilia usq; se protendentibus.

II. Ipsa autem hæc Affectio appellationes insuper accepit varias. Latinis enim dicitur Hypochondriaca, à loco, ubi præcipua se produnt Symptomata; Flatulenta: quando à flatuum copia hypochondria distenduntur; Melancholia cum malum ingra-velcit, & per ἰσθμὸς χόνδρων cerebrum afficitur: Pericardialis Aëtio, quod in pericardio prope Stomachum exquisitus sæpius dolor. Literatorum mastix, quia eos, qui studiis diu noctuq; invigilant per sedentariam vitam frequentissimè tentat. Neotericis Italia Doctoribus aureum malum teste Georgio Bentzio, eo quod plurimò ægrotis constet sumtu, & istis Medicis multum apporet lucri. Aliàs & Medicorum culpatur opprobrium cum curatu difficillima sit & impossibilis planè ubi est inveterata. Chemicis au-

dit Tartarus hypochondriacus, it. morbus tartareus, à causa. Græcorum appellationes quæ hic convenient, difficile statuedum, siquidem dubia ac incompleta ubiq; ferè indicia. Πάθος Πυρώδες primùm Diocli dictum, ut est apud Galenum 2. de Symt. caus. & Aëtium. Hippocrates l. 2. d. morb. ἀνάτην insinuat, Cornarius, Mercurialis & Foesius verterunt morbum reficcariorum. Minus rectè ex Manufr. Servini & Fournii ἀνάτην vel ἐνάτην appellant alii: cujus enim sunt etymia? Barbaris referente Mercuriali l. 1. Med. Pract. c. 10. p. 45. dicitur Passio Mirachialis, Avicenna. & Gordonio Mirachia, ab arabico Mirach i. e. Epigastrium, Abdomen, interprete Th. Bartholino Inst. anat pag 10; alii vertunt Pancreas, Mesenterium, sed μετέρον μίχως. Jatro Mathematici nuncupant Morbum ἥνιν, quia ortum habere creditur ex Liene, quo cum ἥ Macrocosmicus harmoniam ingressus, refer: Tob. Schûßen in Harmon. Macro & Microc: qui tamen autor illius libri non esse dicitur. Sed cur non ὀϊαλις potius dicendus, ex ♂ enim Spleni remedia. Conf. C. Bartholin. in Controv. anat. p. 39. Severinus Danus Epilepticum facit morbum, & dicit, si morborum summus (h. l. Epilepsia sub qua hic comprehenditur) curatur, curantur & subalternati simul omnes, quod hic certe vacillabit. Germanicè die Oberbauchs Noth/ Wind oder Blast-Kranckheit/ Darm Sucht oder Sicht. Distingvenda autem est hæc Affectio Hypochondriaca à peculiaribus partium hypochondriacarum morbis, ut sunt vel Lienis vel Epatis scirrhus, inflammatio &c. qui latiori quadam significatione hypochondriaci quoq; morbi dici possunt.

III. Essentialem hujus affectûs rationem si à Prædecessoribus Præcticis mutare debeamus, plurimos deprehendere licet in ἡμυρεχθεις (quæ vel ab ipso morbo oriuntur) adeo conspirare, ut in verba mutuò conjurasse non immeritò videantur. Ita omnimodus propemodum consensus apud Galenum l. 3. d. loc. aff. 7. Montagn. Conf. 4. Fons. Tom. 1. Conf. 23. Mercat. c. d. Mel. Bruner. Conf. 231. Montan. l. 2. Obf. 148. Ballon. Tom. 1. Conf. 9. Erast. Conf. 19. Forest. l. 10. de cerebr. morb. Obf. 18. Gvargant. Tr. 4. pag. 104. Plater Tr. 4. p. 117. Mercur. Tom. 1. Conf. 39. Steegh. Med. pract. l. 1. c. 2. Venust. part. 1. Conf. 91. Solenand. Conf. 9. l. 7. Craton. Conf. 185. Capivacc. Conf. 189. Lal. à Fonte Conf. 23. Sennert. l. 3. part. 5. S. 1. c. 1. Geiger. Microc. Hypoch. c. 2. multosq; alios. Quibus omnibus alii non minoris tituli obvertunt, non ex levi quovis initio aut ab uno effectu, neque ceteros, neque hunc affectum rectè desiniri, sed circumspicte magis κατ' ἀνυμω. Hoc verò non attendentes distinctionem quoque communiter fecere inter Affectum Hypochondriacum & Melancholiam Hypochondriacam: qui tamen Affectus non, nisi secundum magis & minus, differunt, ut providè animadvertit Cl. Hoffmannus Inst. l. 3. c. 61. §. 11. Nobis hoc loco lubet asserere: Affectioem Hypochondriacam nil aliud esse, quàm diarrhesin p. n.

Hypo-

Hypochondriarum (intō partium Theſ. 5. diſtinctè enumeratarum) ex male fermentatis & ſale hypochondriaco abundantibus, indebiteq; dimotis humoribus proveniens, moleſtaq; cients hinc inde ſymptomata. Incompleta ſi & hæc videbitur collata etiam exegeſi (quod non ſperamus) præſto erit deſenſio Cl. Hoffmann, Inſt. l. 3. c. 2. §. 12.

IV. Adducta Diatheſis p. n. quid ſit, aliter Veteres, aliter explicant Recentiores, & hi quidem illis tanto evidentius, quanto certior eſt opinione demonſtratio. Non enim iudicio Medico ſufficit illa Ariſtor. de Categ: qualitas quæ facile mobilis, nec quæ à Galeno deſcripta, videlicet qualitas difficulter mobilis, juxta quam partes diverſimode diſpoſitæ exiſtunt: Quid enim illa qualitas ſit nullatenus exprimit, adeò ut ipſemet incurrat cenſuram, quam de iis, qui nihil docent, dedit 3. præſag. ex pulſ. c. 5. Naturæ igitur ordinem & proprietatem ſi propius intuemur, dicendum: Diatheſis p. n. eſt alteratio quædam compositionis partium quâ principia ſeu particulas ex quibus compositæ nec non ſervandæ ſunt. Et ex hoc fundamento, iterum diſtinctè conſiderandam, ut communiter volunt, penſurabimus quâ intemperiam quæve conformationem. Illam aſſumamus non à qualitatū propugnatoribus (quos inter ſe adhuc diſceptantes vid. apud Ramirez, in Reſol. Med.) ſed ab Henrico Regio (in Phyſiol. Diſp. 1.) delineatam, quæ conſiſtit in ſitu, figura, quantitate, motu & quiete particularum inſenſibilium (minimas ſ. μόρια ἀπλά Schenckius appellat præf. d. humor. quas Medicus ſanitatæ tutelæ intentus non relinquere debet intactas) partes ſenſibiles conſtituentium. Quo collimare etiam videtur Mercat. Tom. 1. l. 1. part. 2. Cl. 1. art. 2. & cum primis Petrus Poterius Pharm. Spagy. l. 1. c. 2. p. 323, Nos: inquit, in medendo non ad ſolam intemperiam reſpicimus, verum magis ad partium conformationem & compositionem, non qualitatum ſed principiorum, cauſam morborum efficientem. Hinc facile liquet, quid ſit conformatio, quæ à convenienti principiorum combinatione ſecundum plus vel minus dependet; aut, quæ à diverſarum partium ſenſibilium adunitione diverſimoda producitur. Utramque pravitatem ut plurimum adeſſe in Hypochondriacis Anatomicorum & elegantiorum Medicorum fide conſtat. Propterea in Hypochondriacis ex Lienis vitio poſt mortem deprehenderunt Lienem nunc juſto majorem nunc minorem, nunc diſcolorem, nunc tumoribus p. n. & abſceſſibus ſcatentem, ut Otto Heurnius in rariff. Obſervat. cum Fernelii noviffima Edit. publicatis confirmat. Et ſic de cæteris etiam viſceribus & corporis partibus erit ſentiendum.

V. Quandoquidem autem tota corporis humani compages ita cohæret, ut parte unâ corruptâ, alteri quoque vel propter communionem vaſorum humorem vitioſum advehentium malè ſit, vel propter ligamenta membranacea, nervoſa aut carnoſa nimis extenſa vel contracta aliaq; prava habitudine affecta in dolorificum trahantur conſenſum partes vicinæ & longius diſtitæ; Ideo tot dolorum (de quibus Mercur. l. 1. Præct. it. Mollenbrocc, de varis c. 2.) & paſſionum diſtinctiones obortæ, per idiomata

Geray,

θειαν, Συμπάθειαν, Πρωτοπάθειαν, Δευτεροπάθειαν, quas Παθημάτων Species exemplis exquisitissimis declaravit S. Sanctorius in Med. Stat. ac juxta illum aliosve quondam in Disp. d. Συμπάθ. Exc. D. Pancovius, (Fautor noster honoratiss.) quem coram promississe memini, hæc pluribus observ. à se illustratum iri. Atque hinc partes huic affectui obnoxie considerantur vel κατ' ἰδιοπάθειαν vel Συμπάθειαν. Prioris generis statuuntur, quæ Hypochondriorum Regione potissimum continentur, naturales alias dictæ; aut quæ Galenus d. U. P. c. 14. τὰ πέπλοντα ἢ ἀσπύμπλοντα τῶν Χρησίων τροφῶν dicuntur, suntque potissimum Ventriculus, Omentum, intestina tenuia, Mesenterium cum Venis Lacteis Chyliferisque glandulis, vala item choledocha & Lymphatica, Hepar, Lien & Pancreas cum annexis vasis. Posterioris generis & quæ per δευτεροπάθειαν infestantur, vitales sunt & animales, nimirum Cor cum Arteriis & Venis, Pulmones, Cerebrum, Nervi, Membranae, imò totus fere corporis Habitus cute terminatus, quemadmodum ex seqq. singula magis dispalescent.

VI. Ventriculus certe, si αὐάντη Hippocrati, vel πᾶθ' Φυσώδης Dioclis Affectioni Hypochondriacæ penitus assimilanda sunt, primum hinc subjectum dicmeretur. Accusatur verò secundum 3 quibus constat, Tunicas & Fermentum, tum Vasa & Orificia, quæ Stomachus & Pylorus (de quo mira Helmont) cum præstructis glandulis d. quibus Casp. Hoffm. d. U. P. pag. 64. M. 204. Mediam ejus Tunicam (exteriorem dicit) præcipue huc accersit considerandam idem Hoffmann. ibid. pag. 92. m. 295. Quibus ea Tunica, ait, carnosa est, si optime coquunt (probat id ipsum exemplo avium) at quibus eadem est tenuis & nervosa, si pessime coquunt, & ventriculum præterea habent tam sensilem, ut statim post usum acrium, ut cepearum, piperis, aliorumque, sentiant ructus. Sed unde hujus Tunicæ vitium? A sanguine procul dubio, in hypochondriacis qui Sale sæculentiore abundare solet, ex indigestione Lienis, dum iste per Arterias Splenicæ Tunicæ immixtus nec per vasa brevia expurgatus (quem usum vasi brevi vindicavit nob. de le Boe Sylvius Disp. de Ul. Lien. Th. 15.) restagnat, tantæ alterationis autor. Nudè præterea qui læsam in hoc Affectu ventriculi Facultatem Χυλοποιητικῶν cum Gal. 3. d. Sympt. caus. præterdunt, aut enixe etiam rimantur formas istas heterogeneas, præter animam quas Fromondus l. 1. de anima, ventriculo ad Χύλωσιν, Cordi ad αἰματώσιν juxta mentem nonnullorum Medicorum adscribit, & substantiales appellari contendit, frustra nobis laborare videntur. Accidentales formas si dixisset Fromondus, assensum fortassis inveniret; nam attendendas istiusmodi in corporib. natural. demonstrativa Methodus suppeditat, quæ duce easdem nuperè & in Disput. d. Formis magno cum applausu asseruit præcellens Physices hujus Academiæ Professor M. Hermannus Becker. Ast quid, quæso, opus facultatum & qualitatuum obscuris terminis, si ventriculi structura, substantia, fermentum, &c. per se ita constituta, ut accedente alimento

alimento proximo non possit fermentatio quædam, instar artificiosæ in accommodato vase, non succedere. Quod si jam tardior, citior, adeoque minus aut magis, quam secundum naturam fieri debet, aut depravare, ac præternaturali planè modo ea contingit, causa equidem in assumptis aut conformationis ventriculi quaerenda est vitio.

VII. *Omentum* quoq; in hoc affectu non extra periculum & culpam est, quandoquidem in hypochondriacis ejus pinguedinem magna ex parte absumptam animadvertit. *Cl. Whartonus* Adenogr. c. Xij, abs qua abundante aliàs ventriculo magnum emolumentum contingere testantur *Galen.* l. 4. U.P.c.9. *Sperlingius* Anthropol. l. 2. c. 11. idem quoque *Vesalius* l. 5. Fabr. corp. hum. c. 4. his confirmat verbis: *quod Omentum sanguine & spiritu frequentibus illis venis arteriisq; adservato, ut & pinguedine copiosa intestinorum & ventriculi, qua parte ipsis subtenditur, calori accommodatum sit.*

II. *Intestina* cum primis tenuia sub noxa itidem sunt. Ea enim quia ventriculo propiora, facilius etiam de prava chyli fermentatione participant, ut vel hinc conformatio ipsorum corrumpatur, vel adhærens iis mucosa substantia (quæ humectantur naturaliter ab excrementorum defenduntur acrimonia, inque tono suo conservantur, ref. *Kypero* Inst. Med. l. 1. c. 34. pag. 73. sub humoris autem pituitosi titulo ea aliquanto quidem accuratius describitur à *Cl. Sylvio* Disp. 6. de us. Bil. & Hep. Th. 42.) affluente simul bile p. n. profus diluitur, unde fortassis tot quandoque intestinorum morbus, tormina, Diarrhææ excitantur; & quas præterea à flatibus sustinent distensiones, quarum miras amplitudines descriperunt *Fernelius* & *Zacutus* l. 2. Prax. mir. obs. 302.

IX. *Meseræum* multi, præter enumeratos Th. 4. *πεῖρον δεικνόν* hujus mali statuunt, cum quasi sentina illis æstimetur, ad quam tota corporis colluvies confluat. Unde *Fernelius* se præter multorum morborum, etiam Melancholiæ hypochondriacæ causam in his plerumque sedibus animadvertisse refert lib. 6. de part. morb. c. 7. Et posse id nonnunquam evenire, ipsa Meseræi structura quidem arguit; unice tamen illud, ut plurimi volunt, hic in causa esse, aut eam continere, nisi autoritatis amor prævaluerit veritati, vix affirmari poterit. Sed aliis iterum culpandæ magis videntur

X. *Vene lactea* (in Meseræo quas primum *Casp. Asellius* Anatomicus Ticinensis anno 1622. detexit, multiplicibus vero ramusculis oculata manu ditavit post *Asellium*, *Walcum*, *Conringium*, *Bartholinum* & *Pecquetum* *Whartonus* quemadmodum de seipso scripsit Adenogr. c. 8. p. 36.) quarum ab *ἐμπεριζέει*, pravâ glandularum dispositione accedente, in motu præpeditus chylus, concepta *Φλογώσες* accescere creditur, unde præter naturalis humorum etiam in aliis vasis fermentatio & corrupta illuvies postmodum oriatur. Obstructiones istiusmodi recensuit quoq; *Wharton.* c. XI. p. 48. Sed quomodo, ut addunt, sicca illa intemperies (Hypochondriacis familiaris putata) in Meseræum ac illa simul vasa cadere possit, ut ineptior exinde pariter chylus reddatur.

B

reddatur.

reddatur, non facile conjicitur. Contrarium enim svadent vasa Lymphat. (quorum inventorem Exc: *Bartholinum* vel ab anno 1652. æqua de causa affirmamus) sive ductus Epat. Cl. *Rudbekii* Lympham eo ad chyli commixtionem & vasorum continuam humectationem afferentes. An accusanda demum Lymphaticorum obstructio? Si putata intemperies cal. tanta sit in ventriculo à partibus circumjacentibus aucta, ut chyli hinc aliqua fiat adustio, & salis ingestorum fixi particulæ relinquantur indissolutes in chylo, fieri potest, ut iste ventriculo emissus & Bile in Duodeno commixtus officia vasorum Lymphaticorum præterlabens stiptica vi eadem constringendo lymphæ affluxum præcludat.

XI. *Hepar* & ratione Parenchymatis & vasorum huic affectui subesse ex *Doctiss. Glissonii anat. Hep.* colligere licet; & produnt hoc ipsum dextri dolores Hypochondrii, quorum distinctas notiones doctè notavit *Vallesius*. in *Comment. super prognostic. Hipp. it. Honorat. Bicaissius* in accurata synopsis. aph. Hipp. pag. 42. 43. 99. & seq. Traditum etiam in hist. anat. Cadavera Hypochondriacorum: sæpe hoc viscus variè viciatum obtinuisse. Depravari enim nativa ejus constitutio indies magis magisque potest, cum sanguine (quod hypochondriacis frequens) à Liene ob debiti fermenti penuriam, hincque fermentationis motum tardiolem, à fæculentiis non liberato nutritur. Et posita, nondumque vel ratione l. experientia discussa *Thesi Sylviana*, revolutum istiusmodi sanguinem ad *Hepar*, non hic deponere sed assumere fermentum, illud novum, scilicet Bilem, ratione sanguinis Lienosi (unde generatur) puriorem vel impuriorem, liquet exinde, quomodo sanguis Tinctura in circulatione depauperatus, Bili non puriori commixtus, Hepatis dispositionem temporis longinquitate disturbare non tantum possit, sed & Cordi per Cavam ascendentem infusus, hic quoque mali hospitis vicem gerat, vitalem fermentationem depravando, unde Cordis, venarum, arteriarumque varia sequi par est symptomata. Nihil hic moramur de usu Hepatis & Bilis aliter docentium disceptationes, quas obvertunt *Piccolhominus* in lect. anat. p. 136. *Spigel.* l. 8. de Fabr. Corp. hum. c. 14. *Bauhin.* Theatr. anat. l. 1. c. 43. *Plater.* Tab. anat. p. 115. *Hier. Reusn.* de scorb. Exerc. 4. *Columbus* de re anat. l. 5. de Epat. nec quos de κύση χοληδόχου dissentientes authores adduxit Cl. *Mœbius* in fund. Med. c. 15.

XII. *Lien*, mirum quàm malè audiat ap. Præcticos antiquiores quando istum ut *Melancholiæ* & fæculentioris sanguinis præcipuum receptaculum, adeoque principale hujus affectus melancholici subjectum damnarunt, sive morbum sive causam ejus respicias. Hujus sententiæ authorem habuerunt *Galenum* (l. 1. de san. tuend. l. 3. M. M. & c.) quem strenuè præ cæteris defenderunt *Hieron. Dandinus* l. 1. de corp. animal. *Felix Accorombonus* 3. de part. an. *Telesius* de rer. nat. l. 6. c. 13, & *Calmanus*. Sed contradicere sibi ipsi videtur *Galenus* 4. de U. P. ubi Lienem tenuissimo nutriti sanguine asserit, Quem locum valde urgent *Sam: Genversberger* Disp. 3. apud *Hartm.* & *Carol: Piso* præf. de morb. ex serof. colluv. Qui ambo juxta cum *Francisco*

Ulmo

Ulmo Tr. de usu Lien. *Claud. Campenſi* animadv. in Gal. c. 65. *Sebaſt. Scarabicio* de ore. Δ Febr. pag. 229. & aliis, exquisitiſſimis argumentis ſtatuertunt, Lienem ejuſmodi Melancholiam nec recipere, cum deſtituatur apta cavitare, nec ablegare, deficientibus vaſis excretoriis. Et idem omnium nuperrimè veritati aſſeruit $\chi\alpha\rho\mu\epsilon\gamma\tau\circ$. Dele *Boe Sylvius* Diſp. de Uſ. Lien. ubi in Th. 18. arbitramur, inquit, ſanguinem à Corde per arterias ad Lienem delatum ibidem ſpiritibus animal: continuo eodem conſluentibus commixtum magis magiſq; cum iſſis permiſceri & digeri, atque ſic in Tincturæ aut fermenti ſanguinei eſſentiam exaltari & plus quam perfici. Prout jam iſte ſanguis immaturis particulis ex indigeſto chylo in corde non latis ſubactò & exaltato conſtat; ita per cœliacæ arteriæ ramos Lieni inſuſus novam non facile admittit Tincturam penitus ſibi commiſceri, ſed ſui parte crudiore ſubinde relicta & nutritionem & diſpoſitionem Lieni præſtat vicioſam, unde nova deinceps mali proles provenit. Diſſentientem quidem offendo hic *Cl. ſylvium* l. c. Th. 7. & 20. ubi extra omnem fere noxam Lienem poſuit, ſiquidem ultra centum morboſorum hominum cadavera ſe diſſecuiſſe teſtatur, nec ullum viſcus, præter Cor, minus vidiffe labefactatum ipſo Lienis; etiam in affectibus Melancholicis perperam Lieni malehabenti adſcriptis. Verùm poſſent benè multa opponi exempla depravati Lienis vel in hypochondriacis ſolum reperta, ſi chartæ ſpatium concederet. Exiſtimandum igitur, Lienem eſſe heic haud nunquam poſſe ſubjectum morbi & cauſæ.

XIII. *Pancreas* indictum hinc quoque abire nequit, quin maxime accuſetur, tum quatenus noxam ipſummet ex principio hypoch. ſibi contrahit; tum quat. corruptum cæteris noxæ eſt partibus. Si enim hoc viſcus molle & fungolum, vitium ex ſanguine continuo affluente parceque tranſmiſſo contraxerit, tumores patitur, remporis tractu in abſceſſus vel aliam pravam diſpoſit. degenerantes, uti in Melancholicor. anatome obſervavit *Wharton* Aden. p. 84. Sub hac ergo noxia, cum adeo depravatum in habitu uſque ſit, de puratiſſimi ſucci nervoſi miniſterio per ductum *Wirſungianum* præeſſe nequit, cui à natura aliàs deſtinatam hanc Glandulam probar evidentiff. rationibus *Wharton*. ib. c. 13. Et hinc fieri exiſtimat, quod nervi, non depurato ſuo ſucco, laſſitudines & ad motum ſegnities paſſim introducunt, de quibus non raro audiuntur Hypochondriacorum querelæ. Cuius ſententiæ nunc malo ſubſcribere, quam longiores de uſu Pancreatis rixas alte repetere, aut earum examini diutius immorari. Quæ enim à *Jo. Riolan.* l. 2. anth. c. 14. *M. A. Severino* de abſc. c. 36. *Joh. Veſling.* Syntagm. anat. c. 14. horumque prædeceſſoribus pluribus tradita, *Whartoni* oculata fide eorum curioſo Collego rectius demonſtrata videntur. *Cl. ſylvii* tamen Th. 47. Diſp. 5. de Uſ. Gland. pag. 74. propoſitam conjecturam non ſtatim rejicere, ſed in ipſa examinare anatome, operæ erit pretium.

XV. *Cor* ανωπρωχεν in hoc morbo rectè affirmetur, haut leviter eſt controverſum. *Harvey* negare videtur Exerc. 3. de Gen. anim. quando ſenſu prorsus deſtitui

Cor asseruit. *Aristoteles* 3. d. part. anim. *Hippocrates*, l. 4. de morbis. *Aphrodisensium*
 ac plerique hos secuti Philosophi ac Medici Cor nullum affectum pati, nullumq; in eo
 morbum consistere posse opinati sunt. Sed primum quidem miror Harvæum id do-
 cuisse, quando quidem ipsi ut oculatissimo Anatomico ipsa Cordis conformatio aliud
 scire poterat. Ad sunt Fibræ, Nervi, Membranae, & vasa alia sensus & doloris capa-
 cia. Atque in hoc affectu Hypoch. Cordis *καρδια* singulariter testantur ejus
 palpitationes, anxietates, dolores & compunctiones. Quam variis præterea morbis
 Cor conflictari possit, non opus est hic exprimi, cum sat multa legantur exempla apud
Casp. Barthol. in obs. anat. pag. 479. & seq. *M. A. Severinum* d. Abscess. pag. 284. &c.
 Duplici vero respectu Cor heic compati intelligitur, tum ut *αἷμα πρῶτον* tum ut
αἷμα πρῶτον ματῶσεως officina primaria. Primum ipsi titulum (post Hipp. l. 4. de
 morb. & Arist. l. 3. de part. anim.) affatim scriptis suis vindicarunt Viri Clariss. *Wa-
 læus*, *Conringius*, *Vander Linden*, *Bartholinus*, *Rolsincius*, *Van Horn*, *Kyperus*, *Pecquetus*,
Auzotius, *de Mercenne*, *Deusingius*, *Mentellius*, *de la Courve*, *Segerus* & alii. Et hac rati-
 one quidem compatitur, si chylum per lacteas (ante C fere annos à *Barthol. Eustachio*
 notatas in L. de vena sine pari, Venetiis anno 1574. edit.) accipit vel indigestum & ex sale
 hypoch. aliisque fæculentiis crudior, vel bile, lymphæ ac flatulentis particulis nimis
 mixtum. A crudiore enim cum Sal & Sulphur volatile in Spirituosiore Cordis san-
 guine opprimuntur, tardior Cordis pulsus & intercedente dolore compressivo
 fere subsultans sequitur. A bile autem acris ut plurimum effervescentia excitatur,
 quam excipere solent æstus circa præcordia, anxietates, pulsationes frequentiores &c.
 A flatulentis particulis lymphæ confusis, si cordis thalamum subito irrumpunt, Cordis
 contingit inflatio, qua durante Cor quasi vacillat, hoste vero erumpente te sponte con-
 trahit, quem inordinatum motum palpitationem vocitant, cui succedunt sæpe pungis-
 tivi dolores, si acrior quædam particula finibus infigitur. Haut multum dissimile
 quid contingit in *αἷμα πρῶτον ματῶσει*, quando sanguis ab ejusmodi heterogeneis
 partic: non prorsus liberatus fuit. Accommodatè hæc illustrat Baravus quidam Po-
 liticus D. C. in *dee Politike Discoursen* l. 6. Disc. 15. pag. 314. cujus verba vel Doctiss.
 Medici nomine digna merentur adscribi. *De geesten, ait, de ronde doen, en het harte
 te ras ofte te traag doen koken, sulks deese geesten allengs ontarden; en van het harte niet
 konnende verbeterd werden, selfs allengs het harte verderven, door quaad voedsel, aan het
 vuur dat er moogt zyn, te geeven; sulks het selve hert, of te vuur (loqui videtur ad mentem
 Cartesii) beqvemer werdende, om diergelyke ontaarde geesten te maaken, allengs door
 het ganse lyghamm, een vergraving van bloed, of een soodanig geestel gelyk als die gesten
 geaard zyn, veroorsafte, soo soude de spyse verteerd werdende tot quaad voedsel gedyen:
 en soo soude men konnen begrypen, wat de Melancholie en het mallen syn oorspronk van
 bekome &c.*

XV. *Cerebrum* quoque affici ille inveterati aut exasperati plurimum mali gradus, Melancholia, arguit. Afficitur autem ab eodem sanguine à Corde ad conficiendos sp. animales (juxta *Willis.* de us. cerebr. c. 9. & seq.) seu succum nerveum eidem suppeditato, tum qua substantiam, tum Arterias, Nervos & Meninges. Quae *subst.* potest tractu temporis in tam pravam abire dispositionem, ut fermentationi ad sp. animal, conficiendos necessariae deinceps vix sufficiat, unde fluctuationes quasi in eo, & nescio quae turbæ sentiuntur. Idem etiam ab ipsis arteriis male fermentante sanguine præditis sæpe contingere potest. Quin & ipsi *Nervi* pravos spiritus illinc haurientes pessimè afficiuntur; & *Meninges*, quæ levissimè etiam tactæ sive à vaporibus sive sangv. acriore effervescente capitis dolores cient. *Clariss. Sylvius* existimat, si urinosi & narcotici spiritus cum sangv. cerebrum intrent, sopores evenire; si Bilis, inordinatam spirituum fermentationem, & sensus interni depravationem; si flatus. quod & *Highmorus* confirmat, nervos contingant, ac ingrediuntur, spiritus in vertiginem rapi, & Epilepticos convulsivos & apoplect. nonnunquam insultus caulari. Quin & Synopes sæpe & plurimorum aliorum symptomatum seriem induci. Hinc *Cl. Willis* de us. Nerv. pag. 117. *Tetra*, inquit, & horrenda sæpe symptomata præcordia, ac medii aut infimi ventris regionem infestant; dum interea causa morbifica in cerebello aut juxta ejus confinia subsistit. Unde contra *Helmont.* l. de jure Duumv. §. 6. caput majorem habere auctoritatem in Stomachum, quam quidem Stomachus habet in caput, sequeretur. Siquidem *Nervi* à Capite ad inferiora potius mittuntur, quam hinc sursum tendant. Irrita ob id videtur assertio plurimorum quod in compassionibus quibusdam capitis vapores & nescio qui halitus, cerebrum petant ex ventriculo elevati. Viæ & vasa requiruntur ad notari, aliàs mera est opinio.

XVI. *Venas & arterias Doctiss. Sennertus* accommodatissimum hujus affectus locum existimat, è quo humores hinc inde fluere possint, cum primis vero quæ sub Hypochondriis conspicuæ & inter ventriculum, Lienem, Pancreas, Hepar, Mesenterium ramificantur. Sed an in ramis venæ portæ & arteriæ coeliacæ majoribus sedem morbi consistere, statuendum sit, ceu multi volunt, continuus sanguinis motus abundè docere potest. Prima quidem ista fermentatio prava à visceribus connexis oriunda hinc acerrimè sentitur, nequaquam autem sedem omninò figit. Et sane si usum veriorem arteriar: & venar. respiciamus, colligitur major compassio

XVII. *Pulmonum*, quorum structuram & Compagem accuratius intueri convenit, nisi translaticie veterum sententiis adductis contenti esse velimus. Illam anno 1661. *Marcellus Malpighius* Prof. Bononiens. ope microscopii exploratam nobis dedit, quasi ex innumeris membranar. vesiculis orbicularib. apum alveolis haud absimilibus constantem; cui evidentia majoris causa *Excell. D. Thomas Bartholinus* edecurnata eruditionis Diatriben adjunxit anno 63. quam quasi à prælo adhuc madidam ipsemet tunc mihi Hafnia discessuro pro singulari sua humanitate donabat. Quando

igitur molliorem ac spongiosam Pulmonum substantiam tot vesiculis interstinctam. Sanguis modo descriptus subit, novam ibi concipiens fermentationem varias alterationes & symptomata suscitare valet. Ubi enim vel ex parte vel toti turgescunt Pulmones, respirationis inæqualitas aut difficultas oritur. Quod si sanguis ibidem restagnans propter admixtas fortè particulas acidas coagulatur, tumores varii exsurgunt, quibus vel ipsum cor molestari necessum est. Si vero ibidem residet cum effervescentia ex acriori bile & sale sulphureo volatili, inflammatio sequitur, quæ fieri observatum, quod ipsi diaphragmati vel adnascantur, vel illud in malam simul habitudinem præcipiterur, ac tum circumcirca juxta costas spurias sentiuntur æstus, pressiones, & dolores vix explicabiles.

XVIII. In habitum ipsum Corporis tandem quoque prorepit hoc malum, si quidem per fermentationem pravam sanguine pessimè disposito, quæ salinum præcipue illud Hypochondriacum principium (de quo infra) musculosæ & cutaneæ partes exteriores male nutriuntur & in sua substantia p. n. disponuntur. Ex quo inepti amplius negotiis suis ægri, tanto quidem magis, si nervosi succi depuratio impeditur. Hinc querela illa, die *Stieder schlafen und wollen nicht mit fort. It: es liegt hin und wider wider. Wley.* Quæ sunt constipationes illæ salinæ aut sanguinis fæculentioris, ex quo si partes acriores ad membranas passim appellunt, pungitivi hinc inde dolores, imo propter continuitatem Membranz universalioris, illa totalis à Capite ad Calcem usque vellicatio nonnunquam sequitur, German. ajunt: *Der Todt laufft mir über das Grab. It: es schaudert mir die ganze Haut. Es ist als gösse man etwas kalt oder laulich von oben her über den ganzen Leib.* Quamvis & idem hoc modo ratione nervorum ac spir. animal contingere simul soleat. Quando autem Nervorum non depuratus succus ad pedes dilabitur & cum affluente sanguinis sero commiscetur, pessimi sæpe moris tumores emergunt, qui haud difficulter in gangrænosam malignitatem, aut cancrösam vel corrosivam quamvis aliam degenerant.

XIX. Et hæc fuere Partes quæ in hoc affectu labem subinde percipiunt, & invicem communicare eam solent. Longius aliquantò, fateor, enumeratæ sunt, si quidem tot tantorumque symptomatum verosimilis omninò reddenda fuit ratio. Non omnes tamen simul in ipso mali ortu, nec semper in singulis hominibus corripiuntur. Interim & aliquibus in ipso utero materno viscerum nonnunquam vitia adnascuntur peculiaria, quæ *ιδιοσυγγεγία* quampiam pariunt, quæ bene exploratâ Gal. 1. 3. M. c. 7. adeo successuram promittit curationem, ut ad Æsculapii gloriam usque perveniat hinc Medicus. Sed quicquid sit de istiusmodi *ιδιοσυγγεγία*s, quas difficillimas cognitu omnes censent, indaganda non minori cum utilitate mihi erit, formalis noxæ, qua Partes in hoc malo afficiuntur, ratio. Illam Th. 3. innui *pravam fermentationem*, qua utique voce motus illi alterativi Hypochondriacorum proprii commodissimè videntur explicari. Certe enim in medicinam nulla hactenus doctrina visa mihi

mihī fuit plus evidentiæ ac demonstrationis conferre, quàm quæ agit de Fermentatione. Quamvis maximè adhuc desideretur, ut aliquis prævalentiore ingenio Medicus juxta hanc doctrinam singulas Medicinæ partes conformet, omnemque morborum cognitionem & curationum indicationes inde desumere ostendat. Qua quidem de re nullum hæctenus scriptum completè editum, siquidem nec adeo multi de fermentationis indole accurata quædam proferre sibi operam sumserunt præter *Beteram, Sennertum, Billichium, Conringium, Zieglerum, Willisum, Sylvium, & Kergerum*. Inter quos rem quàm maximè tetigisse videntur ingeniosissimus de *Willis & Cl. Sylvius*, cujus quidem collegium practicum elegantissimè publici juris factum fuerit, prodierintque etiam Curativæ *Willisii* intentiones, habebit certè, in quo delectari multum poterit Schola Medica.

XX. Cæterum ipsa Prævitia Fermentationis vel à vasis malè dispositis vel ab Heterogeneis humorum particulis excitari potest. Quod enim vas aliquod in artificiali ac pyrotechnica fermentatione valet, prout diversimodè imbutum & externo quodam foru adjunctum: hoc præstant vasa & viscera in homine tum conformationis, tum tincturæ naturalis ac propriæ, tum mutæ quoque fomentationis beneficio. A ventriculo tantum sit Exemplum, cujus si conformatio quæ Tunicas & Orificia laxitate nimia aut alia quavis mala dispositione depravatur, ac Tinctura s. fermentum proprium vel deficit, vel p. n. constituitur, non potest mala ingestorum fermentatio aut *χύλωσις* non contingere. Chyli autem & ex hoc subnascentium humorum particulas varias & contrarias liquidè offert assumtorum, Cibi & Potus natura, non ratione & externo sensu tantum contemplanda, sed *ἀνασπυρῆσις* quædam spagyrica examinanda. Sic carnes infumatæ Sale volatili, quæ fumo inest, abundantes aptæ sunt ad fermentationem prævam concitandam, quatenus in motum citò abeuntes partes volatiles, carnis partes induratas nec satis attenuatas simul rapiunt atque Chylum ita crudiores & inæquales præbent, in fermentatione vitali vix emendabilem: siquidem vitium coctionis primæ non corrigitur nec dum tollitur in secunda. Ideo nec melioratur ille succus in Liene à Tinctura ejus imbecilliore aut impare illi hosti, atque adeò in fermentationis motu ulteriore ac circulari magis magisque deficiens adustior s. Melancholicus evadit Sanguis, aut alia prava dispositione imprægnatur. Quod si omnium alimentorum naturas secundum principia compositionis & dissolubilitatis aptitudinem spagyricè cognitas haberemus, procul dubio & inveniendæ causæ morborum brevior & certior foret via. Ex quibus enim nutrimur ex iisdem constamus: Estque omnino in Sanguine & occasionalis & permanens morborum ac sanitatis causa.

XXI. Per humores autem quorum in Definitione prævam dixi esse fermentationem & dimotionem, intelligo Chylum, Sanguinem, Succum Nervorum cum Lympha,

pha, ac Bilem. Eorum singuli quidem seorsim pro diversitate partium affectatum, aut successive omnes hujus affectus causa proxima (vulgò continens) dici possunt. Si tamen accuratius eorum compositionem introspeciamus, offenduntur tantum maxima ex parte vehiculum intimi potioris principii, quod *sal* quoddam appellare licebit *Tartareum* aut specificè magis *hypochochriacum* (cum & *Mollenbrocc.* *Sal Scorbuticum* l. d. varis eadem ratione asserat) *πλούμερον* certè & indolem modo Vitriolicam, modo Nitrosam, amaram &c. induens. Quod instar seminarii quidem ipsam partium compositionem & substantiam quandoque ingredi haud frustra censetur, si quidem soli natalis proprietatem, sequitur ut plurimum ferè animalium, & ipsius quoque hominis constitutio. Cum enim necessum sit, nutrimentis quotidie uti, ali & sustentari; Tartarea autem & Salina materia in ipsis alimentis, cibo potuq; sic fit, ex necessitate purum cum impuro assumimus, unde hic morbus aliorumq; maxima pars originem ducit. Conferantur hic quæ *Paracelsi* l. de Tartaro uberius scripsit, it. *Kozak.* de Sale nec non *Exo. D. Simon Pauli* de Febr. ex Sale in sua *Nagenc.* & *Poter.* de Febr. *Vehiculum* autem istius Salis hypoch. immediatum est *serum* (annuente *Cl. Schenkio* in *Hist. de Sero* c. 3. p. 16.) l. aqvosior illa ingestorum Pars, quæ commiseri solvi & moveri imprimis potest per omnes Corp. partes; cujus modo nominatæ humorum species singulæ sunt participes. Quod verò istos vulgò putatos 4 constitutivos Sangvinis humores, Bilem, Melanch. Pituit. & Sangv. in specie sic dictum attinet, nolumus eorum defensionem suscipere, quos oppugnatos egregiè novimus à *Joh. Argentario*, *Th. Erasmo*, *C. Hoffmann.* & aliis. Est enim verè Sangvis, quæ talis, in venis arteriisq; existens homogeneous quid, & mala sit argumentatio à cruore extra venas effuso ad sanguinem in venis continuo mobilem. Omnis enim Sangvis extra venas effusus naturam suam derepentè mutat, adeo ut quædam partes nigrescant, quædam aliter discolorentur, & quod magis, fibræ quoque in eo concrecant; quo deceptus *Fromondus*, qui cum aliis nonnullis circuletem sangv. motum à fibris impediri ac tantum non impossibilem prorsus statuit (l. 2. de anima, c. 4. art. 2. pag. 20.) siquidem suis crassamentis ac fibris per anastomoses, seu invisibiles pene & angustas planè vias penetrare haud posset. Quasi non terrestris ille ac valde crudus vini Tartarus cal. solutus aqua vel chartam transiret bibulam, qui aqua refrigerata coagulatus filtrari nequit. Ut ut vero indubitatum arbitrer, quod suppositum illud sal. hypoch. sero utatur pro vehiculo immediato, non repugno tamen, id ipsum in reliquis humorum involucris pro fermentationis diversitate magis volatile reddi, aut magis fixum, & pro sua hac natura reciproce fermentationis modo cæteram humoris materiam vel volatilifare (cum chim. loquor) vel figere. Nam fixum à volatili reddi volatile, & contra, chimicor: experientia constat. Atq; ex hac quidem salis hypochochriaci præsentia ac qualitate noxia, ejusque cum aliis humorum particulis fermentatione ac motu rectissime deducuntur omnia ferè hypochochriacorum Symptomata, de quo infra.

XXII. Cognito jam propinquiore & continente hujus 'Affectus causa, videntur porro erit, quæ varios hosce fermentationis modos occasionaliter promovere possint. Continentur ea in Classe illa Rerum non naturalium communiter dictarum, quas *Galen.* art. M. c. 83. causas salubres & conservatrices, item res corpus necessario alterantes appellavit, & sunt Aer, Cibus & Potus, Motus & Quies, somnus & vigilia, Animi Pathemata, Excreta & retenta.

§. 1. *Aër* hæc maximè quidem nocivus censetur *vernalis & autumnalis*, aut quocunque alio tempore, multis tetris salino-Sulphureis &c. miasmatis ex putrilagine, vel depurativa effervescencia inferiorum exhalantibus refertus. Hic enim cum singulis temporis momentis necessario corpori inspiretur, & parentibus passim vasibus ejus, tum ipsis etiam poris propter partium subtilitatem promte se insinuet, tumultuariam sæpe & depravatam excitat fermentationem & per heterogeneas, quas secum hinc inde corpori infert, particulas, isto præcipuè tempore, Oeconomiam Corp. naturalem haud leviter disturbat. Propterea & variæ oriuntur discrasia viscerum & Pulmonum, qui (primum mali hospitis | diversorium existentes) cum ichoribus impuris ac semiputridis quasi infarciuntur, sanguis eos transiens similiter coinquinatur, & ob continuam effervescenciam ex rei non miscibilis confusione, succus alibilis valde pervertitur. Conferantur quæ de aëris infectione ab astris habet *Andr. Gallus.* l. de peste. *Robert. Fludd.* in *Phyl. Kircher.* art. Magni: it. L. & U. & in *Itin. Ecstat.* quæque demonstrativè de aëre docet *Cl. Willis* de Febr. Pest. pag. 232.

§. 2. De *Cibo & Potu*, quod exinde morborum suppeditentur occasiones, nemo est qui dubitat. Interim singula eorum genera strictiori non opus est subicere censura, cum videamus plurimis facilius concoctu esse, quicquid palatui cujusvis jucundum magis est; & quilibet etiam optime internosse possit ac debeat sedula observatione quæ corpori suo utilia vel inutilia. Major autem quantitatis, quam qualitatis habenda est cura, cum si modicè (quod vere est medicè) assumantur, etiamsi non optima alimenta, concoqui tamen possint. Neque enim nominari facile alimentum aliquid poterit, quod non conster ejusmodi particulis, ut nisi dextrerrimè subigatur, & præparetur, variam huic malo occasionem dare possit. Existimo tamen ad salis hypochondriaci incrementum materiam copiosius suppeditare panem antiquum, bis, nimumve coctum, ejusque adustum sæpe corticem, litteratis quàm maxime noxium, quod spiritibus & sanguini generandis suis salino-Sulphureis combustis ac terrestrioribus particulis valde obsit. Obesse haut multum dissimili ratione possunt familiares illi nostratibus Aselli (non qui à *Gal. M. M. V. l. Viii. 2. d. alim. f. iij. 30. commendantur, sed) Norwegici* sole ac vento indurati, item Haleces diu muriaticæ aut fumo induratæ. Culpani etiam veniunt Gambari nostrates (falso cancri, qui veteribus cauda carere dicuntur, notante *Rondeletio* l. de pisc. fluv. c. 34. & 35. it. *C. Hoffmann.* Inst. l. 5. c. 22.) ex aqua salia nimis cocti. Quod enim isti mirabiliter Tartarum

nm elidere dicuntur à *Theoph.* l. de apertione cutis, intelligendum est, si ex jusculo
 convenienti lumantur, & ab iis quidem qui calidioris sunt temperaturæ. Pertinent
 hûc ferè omnia sale longiùs condita & fumonimjum exsiccata, quæ sal obtinent in se
 non fæculentum solum, sed & fixius & insuperabile. Sunt qui assatos super, prunas
 pisces & carnes non sine causa rejiciunt. Cæterum nos ea, quæ *Fromondus* doctè di-
 sputavit l. 2. d. an. c. 2. de assatis sanitati magis conducibilibus quam sunt elixa, magis
 probamus, Confer. quæ *Lindan.* huc suggerit Exerc. 5. §. 100. Qua *Potentia*, im-
 primis damnatur cerevisia crassa, turbida, recens, aut antiqua nimis, nullo aut paucò
 lupulo cocta, quæ Tartarò impuriore aut fixiori redundant, cujus generis plures do-
 ctissimus de cerevil. commentarius *Job. Placotomi* vitare docebit, De aqua distin-
 gvenda conf. *Verulamius* sylv. sylv. c. 4. Exper. 34i. Vina aquea, immatura, crassa,
 ac pendula eodem cum cerevisiis modò allegatis vitio damnantur, de quibus *Galen.* &
Plin. nec non *Volateran.* in com: Urban. At verò circa potum quemlibet, ceteroquin
 et. salubrem id culpabile imprimis existit, si in bibendo modus excedatur: siquidem
 ex crapula l. vini, l. cerevisiæ cruditarum in ventre maxima copia succrescit, fluctua-
 tiones item, ructus, inflationes, & sputationes, quas noxas fusius delineavit *Primero-
 sius* de Error. pag. 64. & *Christ. Matthiæ* in Eth. l. 3. p. 164. Imprimis autem & illa
Sexia $\alpha\pi\omicron\mu\omicron\tau\omicron\varsigma$ vitetur, quam *Pollux* refert Barbaris olim Thracibus usitatam fuisse,
 Utinam vero Barbaris tantum! Sed cum inter Christianos, pudor est dicere, barbari-
 cum illud $\alpha\mu\upsilon\sigma\iota\zeta\epsilon\upsilon$ adhuc adeo frequens sit, quid mirum, si & tanta morborum ca-
 terva eos irretitos teneat, quæ à cruditarum copia oriunda.

§. 3. A motu & quiete indecenter neglectis malum hoc insigniter angeri extra
 dubium est. Intempestivi profectò & nimii morus spiritus dissipando, digestiones
 fermentativas turbant; aut sangvinem spirituosum commovendò nimis, fermentatio-
 nem quasi universalem conciliant, quâ in furorem adiguntur particulæ spirituosiores,
 & actiones viscerum passim conturbantur. Otium vero & quies nimia (qualis in litte-
 ratorum vita sedentaria occurrit) torpescere facit Spiritus, dum excrementorum se-
 cretiones impediuntur, propter debilem, quæ hîc fit, circulationem.

§. 4. Quibus si accedit somnus arctior & immodicus, aut vigiliæ longiores, ut-
 traque noxam augent; ille quidem, teste *Gal.* l. 12. M. M. c. 3. crudiores succos digeri
 prohibendo; hæ autem juxta eundem l. 7. M. M. c. 6. corpus exsiccando; Unde obstru-
 ctiones & contipationos vasorum, & major salis hypochondriaci fixioris proventus,
 id quod Lucubratores sæpius experiuntur.

§. 5. Et ut naturæ lege, pro optimo Oeconomix Corp. hum. statu, necessariæ
 sunt evacuationes, tum alvi, tum vesicæ, tum hæmorrhoidum, quemadmodum & uteri
 in foem. &c. ita ob suppressiones earundem sanguis cæterique humores minus depu-
 rantur,

rantur, sed heterogeneis particulis infecti manent, & vel copiâ suâ naturam gravant ac circulationem, quâ vigor eorum quam maximè conservatur, impediunt ac retardant. Non possum hic silentio præterire, quod raro quidem notatum reperitur, sanitatis plurimum interesse, quò locò deponantur excrementa. Quâ de re videri imprimis poterunt *Samuel Boulton* in *Medicina Magico physica anglicè conscripta*, qui, ut ex interpretatione *Clariss. D. Morhosi*, Factoris, Amici intimi, privatim intellexi, exemplis curiosè observatis probat, Foricas publicas supra terram, & matulas communes morbos communicare putridos, propter putidam & contagiosam quandam fermentationem. Contrâ si in campis, supra herbas fortè salubres, excrementa excernantur, sanitatem per occultam sympathiam firmari, sin noxias inherbas, ut venenosas, purgantes, exulcerandi vi præditas, parilem corpori noxam præsto esse, & vix curabilem, priusquam herbe prorsus putredine fuerint consumptæ. Notum magis est, quomodo qui in oleta dysentericorum, alio morbo correptorum, sua, dum ista adhuc calent, exoneraverit, simili paulo post morbo inficiatur. Itidem comparatum cum Urinæ effusione in matulas eorum, qui latentem fovent morbum, sive nephriticum sive alium, quem contrahi inde posse metuendum est. Et quamvis sufficiens omnibus talium non detur ratio, concludit tamen de his, quod experientia ista affatim comprobaverit. Addit, quod pueri in prunas qui sæpius minxere, nephritici evaserint; alii exulcerationibus molestati, lotiò in venenosas excretò herbas. Ex eodem principio *Jonston* in *Taumat. de Plant. in gen. Stranguriâ*, inquit, *cruciari desinit, qui Tamarici Lignum ardens sua extinxerint urina.*

§. 6. His accedit & Veneris excessus vel defectus omnimodus, æque enim uterque nocet. Illò non solum inordinatè commoventur spiritus & intenduntur, ac plus justò in generalem fermentationem concitati exhauriuntur; sed & reliqui profunduntur nimium, ad *πυρμάτωση* & volatilisationem salis fixi perquam necessarii. *Isthòc* inquinantur iidem, putrescente cum tempore semine, unde melancholiæ & deliriorum non raro origo. Plura ex Venere detrimenta Vid. ap: *Avicenn.* 20, tertiic. 10. *Halabiatem* §. Theoricæ c. 36. *Bonsinium* de pud, conj. *Dornrel.* Medull. prax. med.

§. 7. Eandem, si non majorem potestatem in spiritus & sangv. exercent animi pathemata, quorum duo *Mæror* & *ira* præ cæteris hypochondr. mali occasionem suppeditant. *Mæror* quidem, cohibendo motum debitum, *Ira* verò concitando ultra quam par est spirituum motum, unde non possunt non depravari digestiones, & saliva in succo nutritivo tum figi nimium, tum exasperari, Conf. *Higmor.* de hyst. pass. c. 3.

XXII. Porro, ne curativa ratio hallucinetur, notandum omninò, Affectum hunc aliter se habere, ubi ex adscititiis enascitur causis, quas tollere aliquando, & nisi altas egerit radices, in totum subvertere, non impossibile est. Aliter vero si à primis inhæreat incunabilis & hæreditarius fuerit, de quo funditus extirpando vix spem concipere

cipere licet, cum fixa in ipsa partium compositione radices habeat, unde subinde repullulare potest. Unumquodque enim animal secundum Parentes nascitur à sanis sanum, à morboſis morboſum, teste Hipp. 4. de morb. ubi rationem addit, quia semen genitale ab omnibus corporis membris decidit, à validis validum, ab ægris ægrum, l. de aër. aq. & l. De qua tamen ratione ita judicat Jo: Riolanus in animad. ad Vesling. p. 817. *semen si sit à toto deciduum, id sit ratione spirituum, non materie seminalis*: Spiritus enim mitti à toto, & in vasis spermaticis seminali commisceri materię, ipsam autem materiam ex sanguine, partium omnium analogismum continente, generari, ratio dicitur. Cæterum conferri de hac controv. poterit Doctiss. Parisanus, in ingenti de semine volumine.

XXIV. Dicendum nunc ulterius, quomodo distinctè cognosci hic Affectus debeat, tum quoad morbos alios, tum quoad se ipsum. Discerni autem à scorbuto imprimis debet, quem ut plurimum æmulari creditur, adeoque pro isto, (quamvis frustra, sæpè curari solevit. Deprehenditur enim in scorbuto peculiaris atque diversa ab hac, humorum corruptio, quæ diversis obinde ac peculiaribus remediis vulgemendari; adest contagium, multaquæ symptomata hypochondriacis non familiaria, quæ fusius hinc exprimere nostri non est instituti. Ratione sui ipsius *Affectio hypoch*: dignoscitur ab effectis pro variatione causæ & diversitate partium multum variantibus, quæ cæteroquin Sympomatium nomine inscribuntur, quorum maximam partem supra perlustravimus, & traduntur eorum plura tum ab Hipp. 2. de morb. p. 484. ap. *Foësum*, tum à *Diocle Carystio* Regis Antigoni Medico 3. de loc. aff. c. 7. ap. Gal. Quæ circa fermentationem primam sive chylosin in ventriculo obveniunt, sunt Ructus & Rugitus statim à cibo, flatu, dolor, Compressio, Stomachi morsiones, vomitus, saliva, & æstus. Circa secundam sive *αιμάτωσιν*, cordis anxietates, angustię, palpitatione, pulsus inæqualitas, anhelitus difficultas, faciei subitaneus rubor, dolores volantes per scapulas, brachia; hypochondriorum æstus & pullationes. A fermentatione quæ fit in Cerebro, contingunt vertigines, aurium tinnitus, caligo oculorum, vigilię aut somnus & insomnia tristiora, imo invasiones paralysis & convulsionis æmula hæc nunquam oriuntur. Accedunt his Depurativę, quæ Recentiorum nonnullis dicitur, fermentationis signa, tum in *urina*, quæ aliquando tenuis est & instantis paroxysmi aut ingravescentis mali indicium; plerumque crassa, turbida, rubra cum sedimento rubro & lapidi Bolari (qualis & in scorbuticorum urina observatur) simili: tum in *alvi excretionibus*, quæ rariores esse solent, & siccæ: tum quæ Depurationem Lymphę & succi nervosi neglectam arguunt, Pedum aliarumve partium tumescentię. Quæ omnia & singula suis circumstantiis & rationibus fusius deducere nec temporis aut chartę spatium sinit, nec Disputationum leges postulant. Sciendum tamen, non omnia hæc symptomata ac signa in omnibus & omni tempore occurrere, sed in aliis alięque tanto cumulatius, quanto malum diutius duravit, & plures Corp. partes deturpavit.

XXV.

XXV. Explorato jam morbo, decet quoque Medicum ut *prænotiones* quasdam de *successu* & exitu ejusdem & sibi & ægro (ubi id non inconsultum fore adverti) proponat. Tales heic esse possunt (1) Quod incipiens *affectio hypoch.* curatu non adeo difficilis, modo æger se morigerum moderamini experti Medici (non agyrræ aut vetulæ) submittat. (2) Inveterata, cum Sal hypoch. visceribus ipsi arctius sese insinuat, eorumq; intrinsicam constitutionem depravit, & labes illa non uni aut alteri parti, sed pluribus, ac tantum non toti corpori impressa est, ut ut æger juxta cum Medico circumspicere agat, quæ fieri decet, vix amoveri, mitior tamen ac tolerabilis reddi possit. (3) Difficilius quoque si sedem in sinistro fixerit, quam si in dextro hypochondrio; citiusq; è venis quam è visceribus evellitur. (4) Potest etiam, nec raro solet hic morbus in alios deteriores degenerare, quales sunt, Scorbutus, Quartana, Cachexia, Hydrops, Atrophia, Scabies malignæ & contumaces, Epilepsiæ & Apoplexiæ, quarum prodromi esse solent vertigo, & diurnæ Cephalalgia, (5) Febres quoque lentas, ipsamq; Hecticam eundem subsequi, non infreqvens, præsertim ubi vel in retum non naturalium usu, vel circa ipsam curationem errores cumulantur. (6) Hippocrates l. 6. aph. 11, & 21. Melancholicis hæmorrhoides supervenientes & varices bonum existimat: siquidem illis pars quædam materiæ peccantis imminuitur; per hos verò eadem à provida & medicatrice Natura transfertur in locum ignobiliorem, è visceribus ad pedes. Idem l. 1. de morb. fere salubrem censet hunc affectum, nec nec unquam hominem jugulare, nisi superveniat putredo, aut hydrops. (7) Optima quoque salutis spes est, si æger habeat alvum laxam, cum *εὐφορέια* vomat; perseverans tamen vomitus perniciosus est, sicut & alvi fluxus, in modum Diarrhææ aut Dysentericæ paulo diutius durantes periculum portendunt. (8) Urina crassior plenamq; melior est tenui & aquosa, quæ crassiores particulas in corpore retineri arguit; Nigrâ urinâ, quæ acetosus latex imminuitur, sæpè terminari hunc morbum affirmat Clariss. Rolfinkius. (9) De prædictione ex Hypochondriis variè constitutis quæ salutem & mortem vid. Prosper. Alpin. de Præfag. l. 5. c. 11, & 12. Andr. Laurent, Meth. prænosc. c. 7. &c.

XXVI. Ad curationem nunc ipsam propius accedentes, Indicationes certas formare debebamus, juxta quas procedere possit medendi Methodus. Et sanè, si ad Universalitatem eam ascendere liceret in remediis, ad quam theoriâ intentionis pervenire possumus, unus sufficeret scopus, nempe ut humorum omnium, inq; iis Salis hypoch. justa debitaq; promoveretur fermentatio: h. e. ut nec nimia ea foret, aut deficiens aut depravata. Cæterum, cum non solum triplex *ἀνομελία* in uno fermentationis negotio sit removenda, sed &, quæ in tam diversis partibus diversimodè secundum nat. perficitur fermentatio, non poterit ad aliquam simplicitatem aut paucitatem saltem remedium restringi curatio, nisi forte *adeptorum* (uti appellari gaudent) Medicorum aliquis Philosophici Lapidis arcanò instructus demonstrare possit, velitq;

possibilitatem. Istò verò summò, inter temporalia, DEI munere nos destituti receptam sequemur Methodum, & quomodo ad tam multa involventem scopum unicum per media Diætetica, Pharmaceutica & Chirurgica perveniri, DEO volente, possit, breviter edifferemus. Ante tamen fundamentum omnis Methodi curativæ primarium attendamus oportet, quam quicquam moliamur, quod ò *μάρτυρς Αντ.* van der Linden/in Orat. de Piet. Hipp non minus piè quam prudenter omnes Medicos docuit. *Avia, inquit, via, imò invia est, agrum Medico, Medicum arte niti. DELUS est, qui vulnus facit, & manus ipsius sanat. Brevissima igitur ad sanitatem via est rectissima ad DEUM. Piè prudentis Medici est, non se solum in eam conicere (si per suam manum valetudinem reddi ægro desiderat) sed & Doctorem se & Ductorem præbere ægro ad illud bonum à summo Bono consequendum.* Ac debebat equidem vel Ethnicorum vana quidem, at fœria Religio, quæ opem à putatitiis suis Diis quæsituri in omni ferè morbo ad templa ferebantur (teste *Casalpino de invest. Dem.*) Christianos ad veri DEI cultum in simili casu ardentiores facere, ne fortè tolerabilius illi olim, quam hi experiri habeant iudicium. Quo pietatis monitò præmissò, ad Medici nunc propria provehor.

XXVII. Ac de *Dieta* ut inceptem (quæ non prophylacticè solum conducit, sed non rarò Morbum jam præsentem, minus tamen radicum evellere potest) cum ea in legitima sex rerum non natur. usu & applicatione occupetur, notandum initio, quod, qui in Hypochondriacam proclives, vel fortè jam tum lapsi sunt, si in locis, ubi endemium est hoc malum, ætatem degunt, præprimis aëris injuriam vitare aut emendare debeant. Propterea quem natura loci noxium suppeditat, artificiosè corrigant, adeoq; (1) Corpus & præcipuè Hypochondriaca regio convenienti sedulo muniatur amictu. Mirum enim quantum hoc prosit teste experientiâ & Consilio *verulam l. d.* vita, ubi maximum fere sanitatis subsidium in inunctionibus & tegumentis posuit. Sic enim corporis exsiccatio, quæ ab aëre contingit, præpeditur, & fomentatur viscerum calor pro commodiore fermentatione. (2) Ut purior inspitatione aër hauriatur, domi is suffitu emendetur, ex odoris, gummatibus præcipuè; extra domum præstans aliquod pomum ambraë manibus versetur, imò & nares & aurium meatus quotidiè gutt. aliquot Bals. cujusdam illinantur, in quem finem literatis commendatissimus esse poterit Balsamus Mnemocephalicus à *Schrodero* descriptus l. 2. Pharm. c. 41. Paratu facilior, egregii tamen usus est, quem ipsemet expertum habeo, ex axung. hum. in Sole ad biennium mediante Sp. Vini summè depuratæ, instar Spiritus crystallinæ ℞ Ol. Nuc. Mōsch. destill. gr. xvj Ol. succin. rectific. gutt. xij Spir. cran. hum. rectific. gr. vj. M. Inserviunt itidem odorata alia, ex herbarum, florumq; censu, siquidem ista Spiritus valde oblectant, & confortant. (3) In hypocaustorum aëre ea servetur mediocritas, quam *Galenus* svasit, ut nec horreas propter frigus, nec sudes propter æstum: In æstuariis enim habitantes ad morbos sunt paratiores. Unde etiam Germani plerique vitæ dicuntur esse brevioris. Nec parietum heic quoque structura susq; deq;

deq; habenda; refert enim *Olaus* 'd. Sept. Populos Septentrionales maximè indigere domibus tabulatis, cum intra muros aëre scorbuto magis infestentur. (4) Eligatur, si fieri potest, habitaculum eminentius, ventis serenis pervium: salubre enim magis, quàm quod fundo propius & exhalationibus crassioribus magis expositum est. II. In alimentorum administratione proficuum maximè existimandum, quod æger pro *ιδιοσυγκρασία* sua quam optime toleraverit, concoxerit, & feliciter distribuerit, juxta auream *Ruffi* *Ephesi* regulam, cui societur aphor. 17. l. 1. *Hippocr.* Dandum hic aliquid etati, consuetudini, tempori & Regioni. Neque enim mediocritatem adeo strictè pro omnibus determinare convenit, aut omnia ea prohibere, quæ aliqua ratione fomitem huic malo subministrare possunt, quo ipso se Practicorum nonnulli fere prostituunt. Litteris tamen deditis merito præscribendum exemplò *Socratis*, ut nec bibant sine siti, nec, nisi adsit fames, comedant. Quæ equidem temperantiâ quilibet, tametsi adeo salubre corpus nec ab ipso ortu acceperit, nec vitam liberam sortitus sit, contra hunc aliosve morbos se optime tutabitur. Inter edendum strictè observetur, ut non nisi bene masticatus cibus in ventriculum dimittatur. Concinne enim *Arabes* dixere, masticationem quæ negligunt, animam suam oderunt. De cæterò ex prudentis Medici consilio pro diversâ fermentationis læsione (præsertim in ventriculo) legitima fiat alimentorum administratio. Sic in abolita usurpentur quæ fermentatione artificiosâ probe parata, aut promte promovere fermentationem in ventric. possunt, quæque in aqua facile solubilia, & sola decoctione blandâ succum copiosum de se fundunt; In diminuta panis bene fermentatus, & recens coctus, nec non carniùm juscula calidiora. Æque conduceret potus consuetus calide sumtus, quem veteribus ad optimam nutritionem in usu fuisse contra *Mercurialem* probat *Freinsheimius* l. d. Potu cal. vid. et. de facile nutritivis *Verulam*: Sylv. Sylv. cent. 1. Exp. 45. & seq. In depravata, quæ cruditatem induxit *nidorosam*, *Cl. Sylvius* acidiuscula præscribit, forte quia hæc Sale suo fixiore *nidorosas*, magis volatiles partes compescunt; In cruditate vero *acida* idem ad lixiviosò Sale prædita confugere monet, utpote quæ omnium facillime acida commutare possunt, cujus rei probam habebimus, si tantillum Salis Tartari haustulo vini acidiusculi admiscuerimus. In auctiore eligenda minus ad fermentandum prona, it. viscosa & magis crassa. III. Potus esculentis respondeat. Generaliter commendatur Cerevisia nec fortis nimium, nec debilis, ex aq. melioris notæ cocta, optimeq; defecata, lupuli amaritie lingviam moderatè afficiens. Cui si inter fermentandum Melissam adjeceris, præstabit ea pro Stomachicis; si Chelidoniam, pro Epaticis; si Bryoniam, pro Lienosis, & mulieribus ex utero impuro malè habentibus. Cæterùm bibendæ sunt istæ durantibus imprimis Epulis: Extra enim Cœnam & prandium cerevisiæ potus coctionem turbat, & flatus generat. Quod vero *Diescor.* l. 2. c. 7. omne Zythum sive cerevisiam promiscuè damnat, cum flatus malosque in Corp. humores generet, nec non Elephantiasin inducat, intelligendum de cerevisia Prisco rum, quæ ex
sola

sola aqua & hordeo crudo absq; lupulo conficiebatur. Nostratum vero parandi modus
 longe melior, de quo vid. *Willis* de Ferin. c. 7. Super *vinis* qui controversias & ratio-
 nes pro atque contra scire gestit, adeat *Geiger*. in *Micr. Hyp.* c. 15. *Jo. Nardium* in noct.
genial. & *Jo. Bapt. Cortacium* in *Trutin. Med.* ubi vinum instar unici veri Cordialis
 sufficere doctè asseruit. At vero poterit hïc unusquisque disputantium rigori
 naturæ suæ proprietatem opponere, & quid utilissimum sibi sit, omnium optime de-
 cernere. Abstemii artificiõ subvenit *Camerar.* Syll. mem. Cent. 12. part. 74. IV.
 Inter *Corporis Exercitia*, quæ non in hoc solum sed plurimis aliis affectibus tum præser-
 vationi tum curationi plurimum inserviunt, ex *Gal.* in comm. d. usu parvæ pilæ, quæ
 ludendi modum *Geigerus* valdè prædicat, tanquam hypochondriacis aptissimum.
 Si quis minus conveniens Personæ atque officio suo hujusmodi Exercit. judicabit, *De-*
ambulationi uncula sufficet, *Socrati* Philosopho tam usitata, ut, illâ non præmissâ, nun-
 quam cænaverit salubriter; quæ juxta mare si fiat, ex *Avicennæ* sententia, Stomachi
 frigiditatibus & inflationibus prodest. Quos alii hïc conferant Corp. Motus, vi-
 dere licet ap. *Mercurial.* in art. gymn. Stomachi certè cruditates aliquas saltatio dissi-
 pat. *Theodor. Priscianus* & *æcius* Melancholiam gestatione leguntur curasse; Cui na-
 vigationem præfert *Plin;* l. 37. c. 6. quia fluctuum volutatione fixiores humores, qualis
 omnino creditur Melancholia, agitantur, vomituque ejiuntur. Ac legi quoque
 meretur *Primeros.* de Err. l. 3. c. 20. Ubi qua ratione morbis abigendis Corp. motus
 svadeantur à Medico, eruditè disserit. Sed literatis instar utiliss. exercitationis *Plu-*
tarchus in præc. d. san. commendavit Lectionem sonorâ voce institutam. Vox enim
 cum sit animæ motus, inquit, non in superficie; sed intimis in visceribus tanquam fonte
 invalescens, calorem auget, sanguinem tenerum reddit, omnes expurgat venas, aperit ar-
 terias, coire & concreescere humorem nullum supervacaneum patitur, aut tanquam fecem
 subsidere in vasibus, quæ alimentum accipiunt & conficiunt. Cui concordat sententia *Platonis*
 in *Timæo*, quâ voluit, unam esse ad utrumq; (corpus & animam) salutem & conservationem,
 ut neque animam sine corpore, neque hoc sine anima moveamus, ut in mutua contentione ex-
 æquatis invicem viribus insurgentia bonam totius valetudinem tueantur. Æquè conduci-
 bilitè tamen à Litteratis post satietatem vel nihil agi monet *Celsus* l. 1. c. 2. Cerebrum
 enim in seriâ meditatione Spiritus maximè ad se rapit, atque exercet, quos melius erat
 ad concoctionem ante concurrere. V. Circa Veneris usum licitum, monent aliqui
 magis eum conducere D. cresc. cum quâ simul intumescere Cerebrum & Spiritus au-
 geri *Salmuth.* Obs. 72. Cent. 1. expertus confirmat. Unde in contrarium concluden-
 dum foret, D. decrescente, Cerebrum quoque & Spiritus pari detrimentum, nec
 Venere magis debere exhauriri. Possemus sic fortè conciliare *Rhasen* l. 9. Veneris
 usum heic valdè commendantem, & *Abensinam*, eundem prorsus damnantem. Ad
 Venerem autem cum Hypochondriaci ob flatuum copiam ferè soleant esse proclives, à
 flatibus se potius liberari curent, quam ut vanis istis stimulis nunquam non indulgeant,

VI. Exercitiis levioribus adnumerari potest *Musica*, ipsa etiam non leve affectus hypochondriaci remedium, quippe cuius vis in spiritus & nervos sanè admirabilis, sed hæc tæ- nus non satis explicata, quamvis ingentem impenderit operam insignis *Kircherus* in magna sua *Mulurgia*. Nec mirum, quia Nervorum viæ & usus in occulto huc usq; latuère, quibus nuperrimè tamen exquisitiss. observationibus facem propius alluxit *Ch. Willis*. Credibile est, illam cum titillatione quadam mediante aere Nervos contingere, & spiritus demulcendò exhilarare, lenireque sic passiones animorum, in spirituum corpore & alia prava qual. stras, cum primis tristitias, adeoque huic affectui valde subvenire promptè institutam. Conf. quæ de usu Musices etiam habet *Caldera ab Heredia* in *Tribun. medic.* p. 352. 353. 384. 385. *Fludd* in *Harmon. Microt.* *Kircher.* de *Magnet.* l. 3. & alios. VII. *Musicæ* fere erunt analogæ leves & hilares quæ stiunculæ inter mentas secundas utiliter ventilandæ, quas Eruditorum *Bellaria* non immeritò appellavit *Plutarchus*. Neque enim statim à cibo segnitiei aut somno se tradere licet illi, qui sanitatem amat. Neque etiam plus temporis somno & otio quam negotiis impendendum, siquidem Natura non otio sed negotio nos destinavit. Diurnus itidem somnus, nisi infomnes præcesserint noctes, omnino vitandus, quia turbulentam reddit nutritionem, corporemque corpori & ingenio inducit. In die enim lucis sympathiâ calor seu spiritus agiliores diffunduntur, ad actiones promptius subeundas, qui somno istò intempestivo obtenebrantur. Cui tamen consuetudo somnum meridiano imponit, Consuetudini (quæ juxta Hipp. d. V. R. in acut. quamvis pessima, derepente immutanda non est) aliquantisper indulgeat. Nocturnus non statim à cæna ineat, sed bihorium intercedat, quo omnes prius deponere curas jubet *Plato*, & quicquid perturbationem animis afferat. Ex quâ causâ *Pythagoras* interdixisse videtur, ne quis fabis vesceretur, quæ inslant & insomnia faciunt gravissima.

XXVII. Quisquis pro naturæ suæ indole sedulo diætericam hanc Methodum observaverit, à malo isto liberari se citius, & firmiter præservari leniet, vel uno aliquò remedio maxime appropriato nonnunquam adjuvandus, quod radicale illud principium morborum in eum statum disponere potest, ne occasionali aliquâ causa levioze facile exasperetur ac prorictetur. Hanc Medicinam æger non extra se, necessum est, ut petat, quandoquidem in se habet, quicquid vitæ salubriori sustentaculo esse poterit, annuente *Basilio Valentino*. Hinc fortè *Morienes*, cum Regi Kalit Tincturam præparare deberet, dixit, in *Te Rex Medicina est*, ad urinam (uti creditum) respectu habito; unde & paratæ Tincturæ inscripsisse fertur: *Qui omnia secum portat, alieno auxilio non indiget*. Et commendatur sanè à chymiatris mirum in modum ille spiritus Microcosmi Tartareus Meteorisatus, sal centrale & quinta quasi Essentia, ac instar panacæ in hoc quoque affectu adhibenda. Invadetur ter aut quater in hebdomade, donec melior persentiscitur dispositio. Tunc enim sufficere ajunt, semel eadem

D

dem

dem dosin ad gr. X. sumfisse. Vid. *Ludov. de Comit. de Sale Tartari Volat. ir. P. J. Faber* Myroth. Spag. l. i. c. xij. Neque mirum, essentificatum illud Sal tantum valere, cum solus Urinæ potus valde commendetur à *Barthol. Bonacussio* l. d. Urin pag. 9. Et à fide digno Medico Madriti observatum fuit, virum, quendam ex solis placentis absque ullo obsonio carnis vel piscium ad 4 hebdomadas vixisse, in potum vino tantum adhibito, qui postea Urinam propriam aliquandiu cum bibisset, odorem ambrae de se spirans ad summum sanitatis gradumpervenit. Alii Spagyricorum unicum desperatæ Hypochondriacorum forti remedium quærunt ex h, cujus quinta Essentia & curationi & præservationi sufficiat. Præparationis modum, omnium consensu difficillimum, non leviter monstratum vid. in *Harmon. Macro & Micr. Tob. Schützen* parte 2. p. 15. Et cæteris quidem paribus, si parari hæc utilissima Medicina commodè potest, procul dubio hic summopere confert.

XXIX. Quandoquidem vero juxta communem vivendi modum inter tot diætæ prævaricationes, hujus morbi causæ sæpius à Medico requiruntur abscindi communioribus remediis, & Methodo hæctenus receptâ, ipsius quoque filum sequi aliquousque volo, ne vel accuser negligentia, vel novitatis solò studio delectari videar. Quid agi imprimis expediat, ostendunt in hoc affectu *Indicantia* (uti vocantur) quæ quidem nobis hæc vice juxta fermentationû ordines prosequi lubet. Circa primam i. e. chylificationem primum se offerre solet alvi obstructio, quæ inutile ab utili in chylò separari vetat, unde ventriculi tonus depravatur, & ructus, flatus, vomitus sequuntur. Hanc evertere ac præcavere convenit Clystere, ex Emollientibus & carminativis nonnullis parato; qui applicetur vesicâ, cum subito impulsu, quò longius intestina penetret; Syringe enim non adeo tutum est uti, quamvis eam præferat *Primerosius* d. Error. l. 4. c. 21. Et quoniam ventriculus ex alvi constipatione heterogeneis feculentis oneratus esse solet, unde ructus & murmura, nec non vomendi quædam conamina, Naturæ ductum sequimur, & Emerico quodam ventriculum à Saburra liberamus, quò ipso etiam pravos ex intestinis & Meseræo succos simul evellimus. Commendatur hæc, præmissis clystere, Diastum Fernelii, velut omni humori & homini adaptatum, cujus dosis, ℥ij in aqua hordei à cibo, si gravari naturam insigniter apparet, aliàs manè exhibenda. Malò inveteratò & ubi vomitus sponte urgent, iterare svalet Emerica *P. J. Faber* l. 3. de morb. ubi vomitum etiam ter vel quater in die præscribit. Sed spectanda hic ægri natura & virium constantia. Haud imitanda facile præsentissima illa cruditatis remotio, cujus *Cornarius* meminit hist. mir. 9. de quodam, qui gravantem fortè cibum crudiore per vulnus ventriculo inflictum & ob collosa labia non consolidatum pro lubitu emisit. Cæterum purgationi primarum viarum expediendæ multum prodesse creditur & dulcis opt. paratus & ad scrup. i. in conserva quadam sumtus, præsertim si unius alteriusve grani diagrydii stimulus accedat. *Hartman-*

nu in prax. chim. ad biduum præmitti jubet *sal. Tart. crystall. scr. j. cum ol. Vitriol. Spir. Sulph. gutt. XX. M.* in jure pulli, cui succedat per vices evacuatio, vel per Syr. laxat. in aq. fumar. l. sim. dissolut. vel clareto aliquò laxativò, quorum egregias quasdam formulas suppeditat *Minsicht. in Arman.* Vel Elect. Diocathol. quod meminit hoc & alius affect. quampl. à binis Practicis felicissimis fere solum & semper exhibitum. Et sane experimur in decenti alvi laxitate magnum fere hujus ægritudinis situm esse subsidium. Per vices vero, & post intercapedinem aliquam curativas evacuationes syademus, cum quiete sæpe naturam plus juvari, quam remediis, experientia testetur. Porro labefactata virtus *Ventriculi* indicat robur eidem conciliandum specificis quibusdam Stomachicis, quorum ingentem numerum passim reperimus in libb. Pract. ex quib. pro ratione circumstantiarum convenientiora seliget prudens Medicus. Interim non possum non commendare vel conserv. rosar. & Beron. cui pauxillum *Sal. microc. antihypoch* fuerit admixtum. Uti & Elixir Paracelsi, præsertim ex *Helmontii* præparationis artificio paratum. *Gal. l. de Cons. art. externam* quoque fomentationem ventriculi mirè prædicat. Hinc aliqui catulos lecti socios adiciunt, ventrique imponunt. Substitui possunt sacculi ex speciebus stomach. aut Emplastra stomachalia convenientia. Novi quendam hypochondriacum, qui Corio Cervino, cui ol. chamom. & menthæ illitum hypochondria simulque ventriculum, continuo tenet constricta, & magnum hinc sentit levamen, intra corpus tantum ante prandiam iv. vel V. gran. piperis instar catapotiorum deglutens, quorum usum ratione illustrat *Cl. Rolfinck. Epit. Med. p. 195.* Hoc modò, si legitimis evacuationibus sublata fuerint, quæ tolli par est, & corroborantibus internis externisque ventriculo, intestinisque bene prospectum, tollentur, DEO juvante, aut præcavebuntur pleraque primæ fermentationis accidentia.

XXX. Quod ad fermentatorem attinet secundam (*αιμάτων*) occurrunt circa eam Excessus, Depravatio & Defectus, unde diversa oriuntur symptomata. Excessus nimiam arguens talis hypoch. solutionem, miscellam, motumque inordinatum, venæsectione sublevabitur, quæ sanguis ventilatur, & effera illius particula dissipantur. De quo curationis genere prolixè & eleganter scripsit *Botallus c. 39. d. V. S.* sed quam largam in hisce Regionibus Septentr. admitti possit, disputavit *Cl. Senn. in Paralip. ad Int. 2.2. p. 87.* Eligatur autem vena, si partes inferiores compatiantur, inferior, si superiores, superior; & magis in eodem latere cum parte affecta, cujus instituti rationem dedit *Walew M. M. brev. p. 77.* Per Hæmorrhoides quoque, panni affictu tutius, quam hirudinibus (quod ulcuscula sæpe relinquunt maligna) vel & scalpello apertas, commode allevantur ægri, tum propter mediatum allevamentum viscerum inferiorum, tum propter imminutionem sanguinis ad effervescentiam proni. Fonticulos etiam in hunc usum multi syadent, cum per eos vehiculum particularum salinarum

rum præsertim subtrahi, adeoque nimiam eorum dissolutionem impediri putent. Alii ad *Anodyna* refugiunt, ut *Laudan: opiatum*, & *Sulphur: Vitriol. anodynum*, quò Spiritus figuntur nimium mobiles. Quod ipsum & per acidus spir, sale fixiore præditos, obtineri quodammodo poterit, cum & isti figant suò modò quæ volatilia sũnt, de quibus tamen merito *Cl. Sennerti* attendendum est monitum ex n. 3. *Paralip. ad l. 1. pract.* ubi post alia ita concludit: *Frequens Spir. acidor. usus in omnibus fere Morbis inter alias plures etiã forsã causa una est, cur hypochondriaca affectio ita frequens & diuturna sit. Et observatum est, ex nimio spirituum acidor. usu quosdam prorsus Melancholicos factos.* Depravatio porro fermentationis hujus secundæ dependet potissimum à particulis ipsum sanguinem constituentibus, ejusque conditionem mirè & variantibus & vitiantibus. Occurrunt hìc fere innumera. Est enim ut ait *Hippocr.* in sanguine non calidum, frig. hum. siccum solum, sed amarum, acidum, salsum, sulphureum, viscidum & sexcenta alia, qualia partim tolli fas est, partim corrigi. Neque id difficile foret fieri, modò cognitu tam facile esset, qua specie proprie peccet sanguis. Id verò rationabili, secundum indicia, artis conjecturæ relinquendum est; ac tum *Biliosa cholagogis*, *pituitosa phlegmagogis* &c. (utimur vulgaris terminis) purgentur; calidum refrigerantibus, frigidum calefacientibus, viscidum attenuantibus & abstergentibus, acida, salsa, acria temperantibus, flatulenta carminativis corrigantur. Cæterum ut medicamenta plenis viribus ad sanguinem pertingant, excogitarunt Angli, curiosi equidem naturæ scrutatores, infusionem eorum per venas lanceolâ adâptas, cujus modum & usum in hominibus & brutis successisse refert *Gasp. Schottus* in *Techn. curios. l. XI. c. 21.* At verò hæc *ἐγ χείρας* magnâ opus habet circumspectione, quare non temerè eam imitandam svaserim; cum si administrari etiã ipsa tutissimè possit, in liquoris tamen injiciendi electione insigni opus foret cautelâ. Etenim primæ quod non subjectum fuit sive coctioni sive fermentationi & præparationi, id ægrè toleratura videntur viscera, & vel ipsum Cor, ad quæ stante circulatione, subito peregrinus iste liquor adveheretur. Tutius secundæ hujus fermentationis vitiosa producta separabuntur & foras propellentur congruis Diaphoreticis ac Diureticis remediis, quorum longum hìc allegare Catalogum non operæ pretium judico. Sufficiet enim quædam simpliciorum & præstantiorum commendario, quam omnino merentur *Mixtura simplex*, *Clystus mineralis*, *Spir. Tartar.* proprio præsertim suo sale essentificatus, & *diaphor. Bezoardicum mineral. simpl. & comp. vel ☉are vel ☽re vel ♃iale* &c. & quod diaphoreticorum veluti Basis est *C. C. præp. aut ejus etiã Sal volatile.* Ex Diureticis & aperitivis: aquæ antihypochondriacæ compositæ, Diuretico-carminativæ, ocul. ☽, Tartar: Vitriolatus, crystalli ♂ dulces, Tinctura Tartar, Tinct. vel Essentia ♂, Eleosacchara varia, & quod palmarium merito censetur *Sal: Tartar. vel Microcosmicum volatile.* Quæ omnia tamen

tamen, etsi singula sint præstantissima, prudente judiciò nihilominus exhibenda sunt, nempe non nisi purgatis antè primis viis. Ista enim si crudis infaretæ fuerint succis, rapienrur & iidem insigni cum noxa in corporis penitiora, humores plus justò exagitantur, dissipabuntur spiritus, & vires exhaurientur, quarum conservatio semper tamen prima debet esse Medici sollicitudo. Quod si ob viscerum *αιματώσει* inferuentium pravam Diathesin ejusdem pravitas inducetur, corrigenda etiam ista, tum internis, tum externis. Nimirum Decoctis convenientibus & Julapiis, imprægnatis tum spiritibus mineralibus acidis ritè præp. tum tincturis quoque balsamicis vegetabilium, v. gr. bellidum, Flor. Tunic. Rosar. &c. Linimentis item splenicis, Epaticis, &c. Nec reticendæ hîc nobis sunt *Acidula*, quas insigne DEI beneficium & huic in specie malo accommodatissimum in natura remedium merito agnoscimus. *Chirurgica* illa subsidia passim celebrata, qualia sunt Hypochondriorum uestiones (d. quib. *Severin*. in Effic. Chir.) Fontanellæ (ap. *Zacut.* in Med. Princ. hist. c. 2. p. 33. it. p. 380.) uti molesta sunt & invisa plerisque, ita vix ea, nisi sub extrema necessitate, nostra facimus; multo minùs illam horrendam Lienis excisionem de qua vid. *Th. Barthol.* Cent. 4. hist. anat. 51. it. *Knobloch.* Inst. anat. D. 7. d. Liën. *Lemnius* l. 2. de Compl. c. ult. *Deficientem αιματωνισμω* fermentationem quod attinet, cum frigiditatis titulò aliàs indicetur, & spirituum, in quibus omnis calor, inopiam arguat, tollenda illa erit, & horum augmentum tum escis tum medicamentis quærendum Balsamicis, calidioribus ac spirituosis.

XXXI. Ad tertium Fermentationis ordinem fas est ut properemus Hanc peragi statuunt in Cerebrò & Cerebello, ubi quædam spirituosæ sanguinis particule in spiritus, quos dicunt animales, seu tenuem nervorum succum elaborantur, atque per nervos in totum corpus distribuuntur, ceu nuperrimè id ipsum confirmatum, ivit *Cl. Willis* l. d. usu cerebri. Ut autem necessariò sanguinis pravitatem, prava etiam in tertia Fermentatione accidentia sequuntur, ita ab ejus emendatione simul, & spiritibus animal. ipsique cerebro emolumentum accedit. In τῆ ακμῆ tamen & summo hujus morbi gradu ab initiò statim cura ad caput cerebrumque simul est dirigenda, perque evacuationes tum generales tum partic. removenda sunt, quæ noxam patiunt. Tum quæ cerebrum nervosumque genus roborare & spiritus refocillare ac illustrare valent, exhibenda & applicanda. A Paracello Chemicisqve hîc mirè prædicantur Tincturæ D aut Corallorum, quæ si opt. præparatæ, multum utique valent. Nam & ipsa Corallia rutilantia nec non Lap. Chelidon. & Chalcedon. occulta, ut dicitur, hoc est specificâ qual. contra Melancholiam adeo commendantur, ut vel per nudam appensionem prodesse censeantur. *Helenii* quoque radix (quam hilaritatis remed. unicum celebrat *Rondelet.* l. 1. c. 9.) & *Borrag.* apud alios primas tenentur

siduique græca eorum nomina Νηπίδες καὶ Ἐφράσιον, singulares virtutes indi-
cavit salnuc. Desperatis Remedium præscripsit Panazol. pent. 3. obl. 25.

XXXII. In quarta denique Fermentatione (quæ sanguinis & secundum non-
nullos et. succinerviçi ultimæ præparationis atque Assimilationi in naturam nutrien-
darum partium præest) si nutritivus iste succus vitiosus (quod fieri solet) non-
corrigitur, infarciuntur ac constipantur magis partes, quam nutriuntur. Hinc La-
titudo membrorum, & gravativus sæpe eorum dolor oritur. Profunt ibi, præter
supra expositas chyli sanguinisque emendationes, Balnea. aq. dulc. quibus Practici ju-
beant incoqui Malvam, Borrage, Bugloss, & sim. quæ partes siccas humectant, & mate-
riam resolvendo constipationes relaxant. Sed primæ viæ liberæ sint, & vacuæ à re-
crementis. J. C. Claudinus Empir. rat. l. 3. c. 5. Hypochondriacis intensa judicat Bal-
nea, ideoque magis probat perfusionem hypochondriorum aq. tepidâ, cui aliquid
Mastich, Absinth. &c. incoctum. Paulo vero post Galeni observata rectè commen-
dat, qui vel ipsam Melancholiam à toto & per Essentiam, recentem quidem, Balneo
aq. dulc. se curasse affirmat 3. d. loc. 7. Majoris utilitatis centerem Balneum ex formi-
cis, quod præter illum usum humectandi, resolvendi, etiam toto Corpori robur
præstat. Nec aspersione erunt post Balnea statim inunctiones ex oleis intentioni
Medicæ, pro ratione circumstantiarum, maxime congruis. Imo si Ægroti fortuna
id admiserit, vel in plenum oleo modicè calenti Cadum corpus immergi non foret in-
consultum. Hic vela contraho. DEUS nostra cœptasecundet, cui sit Honor & Glo-
ria in æternum!

Errata, quæ irrepsere, sic corrigantur.

Præf. p. 1. l. ult. leg. *πάρι*, pag. 2. & alibi pro Phil, Univ. Fabr. leg. *Sapient. Univ.*
Th. 1. lin. 2. pro. pag. 3. leg. *lib. 3.* Th. 5. circa fin. leg. *Ἐφράσιον*. Th. 6. leg. *Φυσί-
δες*. Th. 8. pro humectantior, leg. *humectata*. Th. 11. lin. 7. post vocem *Liene* addatur
transmissis. & In Th. XIV. (quæ per errorem XV. est) ante verba *Belgica* leg. *Dise. 14.* In
Th. XXI. lin. 12. à fine pro pag. 20. leg. 259. In Th. 22. §. 1. in fine leg. p. 222. Th. 27. §.
11. pro *Die scor*, leg. *Dioscorides*.

CLA.

CLARISSIMO
DN. JACOBO Kornmesser/
Medicinæ, Candidato Amico hono-
ratissimo.

Vita humana brevis, longa ars, occasio præceps,
Ceum summus quondam tradidit Hippocrates.
Felix est igitur, qui curto tempore vitæ
Invigilat studiis ingeniumque colit.
Crine regit faciem, post est occasio calva,
Quam semel elapsam non revocare licet.
O ergo felix, qui justo tempore, tempus
Excipit, & studiis tempora ritè locat;
Ille suo magnam lucratus tempore messem
Et studii impensi præmia digna capit.
CORNMESSERE *Tua* non ultima gloria Terræ,
Svavis amor patriæ, Luxque decusque meæ.
Pœoniâ arte potens, nec non medicamine pollens
In fragili vitâ tempora ritè *Tuis*
Artibus & studiis tribuisti atque invigilasti
Ingenii curæ pervigili studio:
Hinc dotes animi collectas fœnore multo
Reddis & ingenii nobilioris opes.
Hinc *Tibi* jam fegetum messis natura redundat,
Et *DOCTORANDUS* Pœoniâ arte cluis:
Gratulor, & votum hoc superaddo: Jova benignus
Faxit ut hocce *Tibi* proffit ubique decus.

*Fauste acclamationis ergo scriptum
reliquit*

JOHANNES HEINRICUS
STEPHANI, J.U. Doctorandus.



CLAUDE
DN. JACOBO
Medicus, Candidatus honoris
Magistri.

V
Felix est, qui cum...
In ista...
Cunctis...
Quam...
Ergo...
Nunc...
Hic...
Et...
Cuius...
Videtur...
Fertur...
In...
Atque...
Hinc...
Redit...
Hic...
Et...
Gaudet...
Est...

JOHANNES HEINRICH
STERNI, Rostock

tamen, etsi singula sint præstantissima, prudente ju-
 nempe non nisi purgatis antè primis viis. Ista eni-
 rapientur & iidem insigni cum noxa in corporis p-
 tabuntur, dissipabuntur spiritus, & vires exhaurien-
 tamen prima debet esse Medici sollicitudo. Qu-
 videntium pravam Diathesin ejusdem pravitas indu-
 internis, tum externis. Nimirum Decoctis conv-
 tum spiritibus mineralibus acidis ritè præp. tum tin-
 lium, v. gr. bellidum, Flor. Tunic. Rosar. &c. Li-
 &c. Nec reticendæ hîc nobis sunt Acidula, quas in-
 cie malo accommodatissimum in natura remedi-
 illa subsidia passim celebrata, qualia sunt Hypoch-
 rin. in Effic. Chir.) Fontanellæ (ap. Zacut. in Mer-
 uti molesta sunt & invisa plerisque, ita vix ea, nisi
 cimus; multò minùs illam horrendam Lienis et
 Cent. 4. hist. anat. § 1. it. Knobloch. Inst. anat. D.
 c. ult. Deficientem *αιματωμηνηλω* fermentationi
 titulò aliàs indicetur, & spirituum, in quibus om-
 illa erit, & horum augmentum tum escis tum me-
 calidioribus ac spirituosis.

XXXI. Ad tertium Fermentationis ordi-
 peragistatuunt in Cerebro & Cerebello, ubi quæ
 in spiritus, quos dicunt animales, seu tenuem ner-
 per nervos in totum corpus distribuuntur, ceu
 ivit Cl. Willis l. d. usu cerebri. Ut autem nece-
 etiam in tertia Fermentatione accidentia sequuntur
 spiritibus animal. ipsique cerebro emolumentum
 mo hujus morbi gradu ab initiò statim cura ad ea-
 da, perque evacuationes tum generales tum parti-
 riunt. Tum quæ cerebrum nervosumque genus
 lustrare valent, exhibenda & applicanda. A Pa-
 dicantur Tincturæ D aut Corallorum, quæ si ope-
 Nam & ipsa Corallia rutilantia nec non Lap. C
 dicitur, hoc est specificâ qual. contra Melanc
 per nudam appensionem prodesse censeantur.
 tis remed. unicum celebrat *Rondelet. l. 1. c. 9.*)

mus exhibenda sunt
 faretæ fuerint succis,
 res plus justò exagi-
 onservatio semper
αιματωσω infer-
 nda etiam ista, tum
 ulapiis, imprægnatis
 balsamicis vegetabi-
 spleneticis. Epaticis,
 icium & huic in spe-
 scimus. Chirurgica
 ones (d. quib. *Seve-*
 . 2. p. 33. it. p. 380.)
 ecessitate, nostra fa-
 qua vid. *Th. Barthol.*
onium l. 2. de Compl.
 net, cum frigiditatis
 iam arguat, tollenda
 erendum Balsamicis,

properemus Hanc
 æ sanguinis particulæ
 elaborantur, atque
 ipsum confirmatum
 s. pravitatem, prava
 mendatione simul, &
αιματωσω tamen & sum-
 que simul est dirigen-
 unt, quæ noxam pa-
 ritus refocillare ac il-
 isque hîc mirè depræ-
 nultum utique valent.
 halcedon. occultâ, ut
 commendantur, ut vel
 eradix (quam hilarita-
 id alios primas tenent
 liqui-

